et mea, et de omnibus posteris ordinatis, et exa-
ctoribus istius civitatis Bari, omnisque humane
persone, Ut pars ejusdem Sacri Monasterij sem-

per securà, et quiete exinde permaneat. Unde ad
plenissimam securitatem, et defensionem ejusdem
Dño Vincentio Abbati, et omnibus posterioribus Abba-
tibus, et rectoribus eidem Sacro Monasterio hoc si-
gillum jussit scribi, et cum vulla plumbea, et
meo tipario expressa, et consignata illud ullari
fecit. Quod scripsit Fulco curialis Notarius Ca-
stelli ... per meam jussionem. Anno Dnice
Incarnationis Millesimo Centesimo Septimo Mensis
Julij indictione Quinta decima.

N. 108
anno
1165

In Nomine Sanctæ, et Individuæ Trinitatis.
Anno Salutiferæ Domini nostri Jesu Christi Incar-
nationis Millesimo Centesimo Sexagesimo quinto.
Regni vero Dñi nostri Wilielmi Siciliæ, et Italiæ
invictissimi Regis Anno quintodecimo mense Febru-
ario indictione Tertiadecima. Quoniam Romanorum
ac Longobardorum legibus liquet Ecclesiarum prælato-
rum earum ad augmentum tamen sui commutandi utili-
ter cum convenientibus posse. Ideirco Ego Eustasius
divina opitulante clementia Abbas et rector Cuperva-
nensis Sancti Benedicti Monasterij. Clare ... tio nos-
træ Ecclesiæ jure pertinere terras in loco, qui cogomi-
natur Buccion, quas terras in eodem monte optulit
nostro Sacro Monasterio Dñus Alexisius Venerabilis
Sacerdos filius Leonis militis ex finibus civitate
placet mihi ipsas terras ad proficuum ipsius Sacri
nostri Monasterij, aut subsequens ordo designavit, vica-
riare, et accipere inde in vicaria, alias res, quæ ma-
gis utiles, et necessarie sunt eidem nostro Monasterio.
et dum hoc mihi aptum fecere visum est. habui
inde colloquium cum Dño Nicolao nostræ Congre, et
cum omnibus nostris confratribus ejusdem Sacri
Cœnobij. Qui omnes illud mihi unanimiter facere laudaverunt,
Et sic ego qui supra Eustasius Abbas, et rector nostræ

voluntate una cum consensu, et voluntate ecclesie Dni Nicolai nostri prioris, omniumque nostrorum fratrum ejusdem nostri Sacri Monasterij, qui omnes ibi aderant, et hoc eis placebat ante presentiam Domini Gustasij regalis Capersanensium judicis, et Dni Rogeri iterum judicis, et Dni Selavi prefhate civitatis regalis ecclie. et Dno Grimoaldi Castelli Rubilini judicis, et Dni Romano, et Domini Majonis notarijs, et Domini Majonis filij Dno Theofilacti notarij, aliorumque nobilium hominum testium subscriptorum, quibus omnia predicta et subscripta sunt, notificata una cum Dno Roggero filio Sere, Bartholomej militis meo advocato per fustem dedi, tradidi, atque vicariavi Domino Vgoni filio Simeonis de predicto castello Rubilini ipsas prefatas terras, que omnes sunt per hos fines. Jam rubea circumdatum his finibus. Ab Oriente est via publica. A meridie est terra Dni Leonis Archipresbiteri filij Johannis Tarafe. Ab Occidente est terra Dni Regis.

A Septentrione est terra Petronis cognomento Trasolle. et Vrsonis Baronis, et eorum consanguinum. Et pe etiam unamque cognominatur Derucangina, que hec circu datur finibus. Ab Oriente pergit via publica. A meri die est terra Dni Regis, que olim fuit Falconis panis toxici. Ab Occidente est terra Dni Vgonis Fraxenebi. A Septentrione pergit via publica, et vinealis unus qui est in alto buccto, qui vocatur Decalapricis concluditur per hos fines. Ab Oriente, et a meridie pergit via pu plica. Ab Occidente est terra S. Martini, et terra Dni Regis. A Septentrione est terra Dni Regis, et alius vinea lis unus, ubi olim fuerunt vinee Leonis siclitis patris ipsius Dni Alecsis per hos fines in eodem alto Rubi qui cognominatur de Amygdolis, qui concluditur per hos fines. Ab Oriente est vinealis S. Martini. A me ridie pergit via publica. Ab Occidente est terra Leo nis, et Vrsonis fratrum, et filij Nicolai Spauani de predicto castello Rubilini. A Septentrione est terra

Dni Aegis, et vinealis unus ubi olim fuerunt vinee Leonis militis Patris abbatis Dni Alecisi per hos fines concluditur. Ab Oriente est terra Dni Aegis. A meridie est terra edictorum Fratrum. Ab Occidente est terra Abinabilis filij Silvestri. A Septentrione est terra Petronis cognomento de Suppo, et clausurella una parietibus circumdata cum olivis, que concluditur per hos fines. Ab Oriente est terra Sancti Bartholomei, et vinealis alius qui dicitur de Calaprice. A meridie pergit via pupplica. Ab Occidente est terra prefatorum Fratrum Leonis, et Vrsonis. A Septentriane est terra S. Bartholomei, et vinealis alius qui dicitur de Calaprice, circumdatur per hos fines. Ab Oriente est terra Dni Leonis Archipresbiteri. A meridie est terra predictorum fratrum Leonis, et Vrsonis. Ab Occidente extra parietem pergit via pupplica. Et Septentriane pergit via antica; et pecchia una de Cecorito et Serrone concluditur per hos fines. Ab Oriente extra parietem est terra dictorum fratrum Vrsonis et Leonis. A meridie est via antica. Ab Occidente est terra ipsorum fratrum Vrsonis et Leonis. A septentrione est terra filiorum Amorusij de castello Rubilini, et Lama una, que dicitur de Vemeribus, que per istos fines concluditur. Ab Oriente extra parietem pergit via pupplica. A meridie est terra ipsorum fratrum Vrsonis et Leonis. Ab Occidente est terra ipsius Sacri Monasterij, quam ipsi Vgoni nomine vicariavi. A Septentrione est terra predictorum fratrum Vrsonis, et Leonis, que omnes prenominate terre prefati Germani tenent eas a parte nostri Sacri Monasterij. Infra hos denique fines per fustem dedi, tradidi, atque vicariavi prenominatas terras, quas in eodem nostro Monasterio pertinet ad predictum Vgonem, suosque heredes cum omnibus infra se habentibus, et continentibus una cum inferioribus, et superioribus suis transitibus, et exitibus suis, usque ad viam pupplicam, omni

busque pertinentijs et utilitatibus suis. Ex qua tradi-
tione et vicariatione nec mihi posterioribus ipsius sa-
cri Monasterij Abbatibus et rectoribus neque ulli homi-
ni portionem, vel dominationem aliquam optinui, vel
reservavi habendam, vel requirendam. Sed transactive
ipsas eidem Vgoni, vel suis heredibus dedi, tradidi,
atque Vicariavi possidendum, et dominandum, et pro
confirmanda atque stabiliscenda ipsi Vgoni, et suis hered-
ibus hac nostra predicta traditione, et vicariatione nunc pre-
sentaliter recepi ab ipso Vgone exinde in vicaria libros
quatuor. Videlicet librum unum qui dicitur Epistola
Pauli, et alium librum qui vocatur gestarum, et alte-
rum librum, qui nuncupatur antiphonarium noctur-
nam, et quartum librum, qui vocatur Missale. Et Kap-
pam unam de catalapsivo, et turibulum unum de
argento ad opus, et utilitatem ipsius sacri Monasterij.
Et insuper causa meliorationis adiunxit, et dedit mihi
cum eodem meo advocato recipienti ad opus, et utili-
tatem nostri edicti Monasterij Ducatos ducentos nostro
bono argenteos monetam videlicet Dñi Regis. in ea vi-
delicet ratione, ut a presenti die inantea hec presen-
cta traditio, et vicariatio qualiter prelegitur transacti-
ve sit in potestate, et dominatione prefatibi Vgonis,
et suorum heredum habendi, dominandi, possidendi sine
mea, et omnium Abbatum, Priorum, seu ipsius sacri
Monasterij rectorum, omniumque hominum contrarie-
tate, et requisitione. Insuper ego predictus Abbas, et
omnes ipsius sacri cenobij Abbates, priores, seu rector-
res defendamus ipsi Vgoni, et suis heredibus hanc nostra
vicariationem, et traditionem ab omni nostro debito re-
vitio, nostraque relegatione, et ab omni humana perso-
na, ut securi, et quieti, et sine omni damprobie semper
exinde maneant ab omni parte ordine prefatato.
Tamen ipse Vgo, et sui heredes in uno quoque anno us-
que in perpetuum deferant ipsi sacro Monasterio de omni
studio quod Deus in ipsis terris eis dederit inclitam

Bicariam partem ad opus et utilitatem ipsius sacri Monasterij. Ego
quisabit sine hæredibus mortui fuerint terræ ipsæ nostro Mo-
nasterio remaneant. Si autem de prædicto castello Castilinigra
cumque occasione exabitaverint quod adusque reddeant, similiter
nostro remaneant monasterio. Haut eis revertentibus eorum
potestatis totum illud restituamus. Et si taliter omnia prædicta
eis facere, et adimplere noluerimus, et per causationem
vel per legem eos exinde miserimus per quodcumque ingenium obligo me, et omnes ipsius sacri monasterij Abbates
priores, seu rectores componere eis solidos aureos regales
centum. et hanc exinde cartulam vicariationis scripsit Majo
curialis Notarius qui interfuit.

Ego Eustasius abbas affirmo præscripta.
Signum Dni Nicolai Prioris fecit propriis manibus suis.
Ego Simeon Diaconus et monachus fecit hic signum
Signum manus Sigonti Monachi.
Ego Matheus monachus.
Signum manus Iohannis monachi
Eustachius qui supra iudex
Ego Primoaldus qui supra iudex testis sum
Majo Theofilacti filius.
Madius est testis extestibus unus honestis

1165 Nov. 10

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis. Anno Salutifere Domino Nostri Jesu Christi Incarnationis Millesimocentesimo sexagesimo quinto Regni vero Domini Nostri Guillelmi Sicilie et Italie Inuictissimi Regis. Anno Quintodecimo Mense Februario Indictione Decima decima. Ego Eustasius humilis Monacus et officio licet Indignus Monasterij Sancti Benedicti Ciuitatis Cupersani de Mare quantum in loco qui uocatur Castellum quod est impertinentijs Sanctiani idem nostrum Monasterium habet unam Pausseriam Riuarum parietibus circundatam de qua gela est in extraneo territorio et longe ab aliis possessionibus ipsius Nostri Monasterij ipsum Nostrum Monasterium pene nullum inde habet proficuum Itaque aptum est mihi Meo modo ut subsequens ordo demostrabit eam bicariare, et accipere inde in uicaria alias res que magis utiles et necessarie sunt ipsi Nostro Monasterio. unde habui colloquium cum Domino Nicolao Nostro Priore, et cum omnibus confratribus eiusdem cenobij qui omnes unanimiter illud mihi faciem Laudauerunt. et sic ante presentiam Domini Eustasij Regitalis Cupersanentium Judicis et Domini Rogeri Judicis, et Domini Guillelmi Barensis Notarij

et aliorum nobilium hominum ... subscriptorum, quibus omnia
predicta, et subscripta sunt notificata bona nostra uoluntate una
cum consensu, et uoluntate ... Prioris, et omnium nostro=
rum confratruum una cum Domino Petrano regali ... Meo Aduo=
cato perfustem dedi, tradidi .. loa. qui uobis Leoni, et Ursoni fra=
tribus filis Nicolai de Sparano de predicto Castello Turriliani
totam ipsam Pausulam ... ut predicta est particibus cir=
cundatam, et est per hos fines. ab Oriente sunt terre Mel et
Joannis Pallitelli fratruum ... Nicolai Pallitelli de Castelloroa
a Meridie sunt terre Simeonis filij Kiuri Joannis, et confinalium
eius. ab Occidente sunt terre Jasprdi filij Maraldi de Paraliano
a Septentrione sunt terre Roberti Bulgardi Militis de prefato Ca=
stello Turiliano, et in antea fine ista sunt terre Raonis filij Roffri
de Militis de Loco Campulo. Infra hos autem fines per fustem
dedi, tradidi, et Vicariam uobis predictis fratribus prefatam Pausu=
riam oliuarum una cum inferioribus, et superioribus suis trasitis
et exitibus suis usquein nostra publica via, et campano puteo, qui
in ea est, et cum omnibus infra se habentibus, et continentibus suis

omnibusque suis pertinentijs. et ... et stabiliscenda uobis
uestrisque heredibus, hac predicta traditione, et Vicariatione
nunc presentaliter recepi a uobis ... adopus, et utilitatem ejus=
dem nostri Monasterij una cum eodem meo aduocato has res
uidelicet unum Missale ... Argenteum, et turribulos duos
Argenteos, et Pappas sex exipsis duas de catal aptiuo, et duas de
Palis ... et insuper Causa meliorationis adiunxistis, et de=
distis mihi duodecim Uncias Auri duodecim bonorum tarinorum
deficilia mea uidelicet ratione, ut à presenti die in antea hec
predicta traditio, et Vicariatio qualiter per legibus transactiue
sit in potestate, et donatione uestra, et uestrorum heredum ha=
bendi, possidendi, donandi, et omnia exinde facendi, ut uestra
fuerit uoluntas sine mea, et meorum posterum ipsius Sancti Mo=
nasterij Abbatum, uel Rectorum hominum contrarietate, et
requisitione. Ego autem et mei posteriores ipsius Sancti Monasterij
Abbates, uel Rectores defendam uobis uestrisque heredibus, hanc
predictam traditionem, et Vicariationem ab omni humana per=
sona, ut Securi, et quieti, et sine omni damno semper exinde mane=

carfine

satisfac ad omni parte. Sic tamen ut amodoinantea quoque in perpetuum
uos, et uestri heredes omni Anno detis, et assignatis eidem nostro
Monasterio decimam partem de toto frugio ipsius Rausuree, et sine
heredibus mortui fueritis uel si decreta Rustiani habitaueritis, et in aliis locis
preterquam in Cuperano ad habitandum per rexeritis ipsa Rausured
transactione deueniat, et sit in potestate eiusdem nostris Monaste-
rij, Sic tamen ut si ad ipsum Castellum, ut rustiani reuocar fuis-
ritis ipsa Rausured apud uos reddat ad habendum eam, eo or-
dine, ut predictum est, quod si eam alienare uel iudicare uolue-
ritis potestatem habeatis illud facere Sic tamen ut illi qui eam à
uobis traditionem, uel quamcunque alienationem à uobis acci-
perint sub eâ conditione, et ratione eam habeant, et ita omnia
de eâ Nostro Monasterio adimpleant quemadmodum Vos eam
habere, et nostro Monasterio adimplere debetis, ut supradictum
est. Sub tali enim tenore modo ordinis, et ratione prędictam Vi-
cariationem feci. Et ex hac traditione, et vicariatione facta sunt
duo Scripta consimilia unum ad habendum prędicti fratres, et
eorum heres, alterum ad habendum pars ipsius Nostri Monas-
terij

terij, quę scripsit Majo Curialis Notarius qui interfuit.

In Nomine Sanctę et Individuę Trinitatis quoniam quotidie — p. 110 anno 1166
Diuina pagina monemur à Malis declinare, et ea quę Dei sunt
Summa operę facere, et exercere, et Bonis operibus enucleanemus
insudare. Vt celestę Regnum mereamur participari, et in Eternis
gaudijs cum Angelis Letari, ideo Studiosius quodi Deo placi-
cet deberi frustrari, et quod sibi placitum est obnixe operari.
etsi celestium bonorum consortes, et glorię Domini prę omni-
bus, et Sanctos eius, et religiosorum nostrorum hac Seminatium
Loca Venerabilia Monasteria uidelicet, et Xenodochia, et ec-
clesiasticas Dei prò quibus Dominus Iesus Suum Sanqui-
nem fudit toto mentis de Nitu toteque cordis affectu diligere
seruire, et honorare debemus, atque eis de Venerabilibus Lo-
cis prò gaugerum sustentatione, et procura alendorum, Orfa-
norum, et Viduarum, quę ibidem geritur de Nostris munda-
nis rebus, nobis adeo concessis alij, quod Largiri studeamus. Id
circum Ego Lilibertus Gratia Dei, et Domini Nostri Guilielmi
excel-

excellentissimi Regis Guillelmi comes, et Magnusi commētatoris Sus totius Apulie, et Principatus Aque Ciuitatis Polinianj Dominator prò remedio Animę Domini Nostri Roggerij inuictissimi Regis bonę Memorię, et prò salute Domini nostri Guilielmi Magnifici Regis, et Domine nostre Marchesie excellentissimę Regine, et Filiorum eius, nec non et prò mercede Animę Mę, meorumque Parentum prò hoc scriptum, et prò iustis traditionem concessimus Monasterio Sancti Benedicti confessoribus Christi sito intus in ciuitatem Polinianj iuxta murum supradictum, et Domine Scolastice venerabili Abbatisse eiusque successoribus et ad modo in antea molendinis ipsius Monasterij securiter uiolat cui uoluerit, et quantum potuerit sine alicuius contradictione. quam concessionem predicta Domina Abbatissa, et eius successores iure quiete omni tempore in concessam habeant, et possideant, et eā à nobis uel à nostris heredibus seu successoribus in refragabiliter obseruetur, et custodiatur quicumque igitur hanc nostram concessionem in aliquo uiolare, aut irritare temptauerit in primis eius temptatio uacua nullius fructus plenitudinem se decerpere sentiet. posmodum prò illicita processio suum robur obtineat, unde causa securitatis, et defentionis predicti Sancti Monasterij in perpetuum hanc paginam à Joanne Nostro Notario scribi, et nostro bullario impressa iussimus insigniri, et in fine signum Salutifere Crucis prò propria Manu depinxi, et paganum Nostrum fidelem Jenes, et alios nostros fideles subtestari precepi. Anno Dominicę Incarnationis Millesimo centesimo sexagesimo sexto regnante Domini Nostri Guilielmi Magnifici Regis Sicilię Ducatus Apulię, et Principatus Aquę Anno sextodecimo Mense Januarij Indictione quartadecima.

Signum Manus Domini Comitis Gilleberti qui hoc concessit.

Signum Manus Domine Stefanie Comitisse Exor Supradicti Domini Comitis.

Signum Manus Domini Berterami Filij Domini Comitis Supradicti

Signum Manus Domini Bartolomei Filij Domini Comitis Gilleberti.

Signum Manus Domini Lagani Senes iam dicti Domini Comitis Siliberti, qui interfuit.

Signum manus Domini Bernardi Senes Domini Comitis Siliberti.

Ego Maraldixi Judex

Ego Imaraldixius Judex testis sum

Hoc firmat Maraldus filij Maionis

Signum Manus Bronis Manci Catepani Colimani

h. 130

anno 1187

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis Anno Salutifere Domini Nostri Jesu Christi Incarnationis Millesimo Centesimo octuagesimo Regnante Domino Nostro Guillelmo Inuictissimo Rege Sicilie Ducatus Apulie et Principatus Capue Anno Vigesimo Mense Augusto Indictione quinta.

Ego Joannes qui uocor de Laleno filius de Loco Castellani de Saro coram Melliaracca filio Domini Drocali et Ser Majoni filio Joannocari Scalo Petri, et Magistro Nicolao filio eorum

niam habeo, et attinet nostro in eodem Loco Domum unam iuxta Domum Thome et Balardelas qui supra iuxta curtem dicti Thome et Bersanum unum, et ortum unum iuxta ortum Dunandi Lamam unam parietibus circundata que est inter, clausum Nicolai Leccellano cum uno passino, et cum alia terra uacua, que est impredicta Lama, et cum ... et puteum unum iuxta Maxuram predicte Thome supra Asinam unam et Secarellam unam apotum mihi ut donare, et tradere filie Nepoti mee filio Vicenti Statim coram predictorum presentia bona mea uoluntate perfuste meum totum manibus, ut mox est dedi, tradidi, atque donaui predictam Domum galarcas predictam Lamam qualiter est parietibus circundata cum passino, et puteum, et ber ... et Ortum, et Asinam, et Secarellam presentio filie quatenus a presenti die in ... iuram meam donare, et tradere transactum sit in potestate, et dominatione iuris Negotis mei, suorumque heredum, ad semper faciendum dominandum, possidendum omniaque exinde faciendum, ut eorum placuerit uestre, sine mea, meorumque heredum contrarietate, uel requisitione

omniumque hominum, de qua uera donatione, et traditione nul-
lam mihi meisque heredibus portionem, aut sortionem aliquam
reseruare habendam uel requirendam, sed funditus, et tradacti-
ue res omnes predicto donatori, et tradidi eo modo, et ordine ut
supra. Ego autem [illegible] et mei heredes de ac mea dona-
et tradicio defensores fiamus ipsi predicto hellie Negotii meo
uel eius heredibus contra omnes [illegible] exinde caluniarum
uolentes, ut securi quieti, et inden[illegible] semper exinde ab omni
parte persistant ordine predicto, et autem hec mea dona-
tio, et tradicio semper stabilis, et uiolata permaneat conti-
nuo recepi a te edicto Negotii meo Launagio mihi satisfa-
cens uidelicet mantellum unum laneum cum serico ex
parte uoluntarie coram predictorum presentijs guadian
ipsi predicto hellie dedi, et meipsum mediatorem possui mo
do tali, ut ego et mei heredes maneamus in hac predi
cta donatione, et traditione adimplentes, et perficientes
omnia qualiter predicta sunt quod nisi fecerimus obli-
go me meosque heredes componere ipsi predicto Negotii
meo

meo uel eius heredibus solidos aureos regni decem totidem-
que in publico predicta omnia obseruantes districte me ipso
mediatore, et donatore qui hec tribui ipsi predicto hellie Negoti
Meo uel eius heredibus [illegible] me meosque heredes per omnes
res meas licite uel illicite sine calumnia, et appellatione do-
nec predicta omnia adimpleantur quod taliter scripsit Petrus
ch Notarius qui interfuit.
Signum Manus Ser Melliciacce qui supra
Signum Manus mee Ser Maionis qui supra

n. 131 - anno 1187

In Nomine Sancte et Individue Trinitatis Anno Salutifere Do-
mini Nostri Jesu Christi Incarnationis Millesimocentesimooctua
gesimo Septimo Regnante uero Domino Nostro Guilielmo, Ipsius
Ducatus Apulie, et Principatus Capue Anno uigesimo Sexto
Mense Augusti indictione quinta. Ego Laurentius Licet indi-
gnus Abbas Monasterij Sancti Benedicti Ciuitate Aquensani
de Claro quoniam ipsius Nostri Monasterij habet, et pertinet sibi

Derrę inculte, et siluose que terrę qui à Longo sitę sunt ab
alia possessione eiusdem Monasterij, et de quibus ipsum nos-
trum Monasterium fere nullum idem habet perfectum utile du-
xi ipsas terras dare, et tradere Nicolao filio Amati Castelli
Rutiliani. ea lege et conditione, ut interim denotauerit, de quo
colloquium habui cum omnibus Monacis ipsius Monasterij
confratribus Nostris qui illud mihi unanimiter facere lau-
dauerint eo quod do commodum, et utilitatem ipsius Mona-
sterij spectare uidetur. et pars ipsarum terrarum uocatur pa-
rietis cirri, et quedam ex eis Montoronum uocatur, et sunt
ipse terrę per hos fines de terris uero, que sunt in loco
qui uocatur parietis Cirri primus finis ab oriente, et
Meridie sunt terrę ipsius Nostri Monasterij, a parte
occidentis sunt terrę Domini Nostri Glorioſiſſimi
Regis à latere uero Septentrionis sunt terrę Domine
Rome de Rutiliano, de aliis uero terris, que sunt in lo-
co motoronis istius finis à parte orientis, Meridie, et occi-
dentis sunt undique terę predicti Domini Nostri Regis

à latere uero Septentrionis sunt à parte terrę parietis Cirri
et sic bona mea uoluntate consensu etiam, et laudatione
omnium confratrum meorum una cum Ioanne Meo aduo-
cato ante presentiam Bonitorum Stefanictis Iudicis Super-
sanensis, et Antonij Iudicis Rutiliani, et Ser Meliciacca
filio Domini Procopij, et Palmeri Rutiliani perfustem
dedi, et tradidi à fato Nicolao ipsas suas dictas terras qualiter
à fatis finibus claudantur una cum terminibus ipsius terris astan-
tibus, et cum omnibus infra se habentibus, et continentibus suis
contrastibus, et exitibus omnibus utilitatibus, et pertinentijs suis
usquę ad uias publicas. in ea uidelicet ratione ut à presenti
die in antea ipsum à fato Nicolaum, et sui heredes teneant
et colant ipsas terras, et omnia in eis faciant, ut uoluerint
et do refudio ipsarum terrarum suam faciant uoluntatem
sine mea, et meorum posterorum ipsius Monasterij contra-
rium, et rectorum omniumque hominum contrarietate, et re-
quisitione. Sic tamen ut ipse Nicolaus, et sui heredes
dent et persoluent parti ipsius Monasterij omni Anno pro

vincensu
v quartas tres frumenter duas quartas ordei, et unam quartam
de fabeis. ad quartam publicam predictę ciuitatis cuperva=
nii, et si ipse Nicolaus decesserit sine heredibus ipse terre
cum omni edificio in eis facto deueniant, et sint in potestate
et donuatione à fati Monasterij ad faciendum inde quod
uoluerint. Ego autem et Mei posteris ipsius Monasterij
Abbates uel Rectores admodo, in antea nullum contrarium nullumque
impedimentum à fato Nicolao uel suis heredibus exinde
inferamus. per omni Nostri defensores illis exinde fiamus ab
omni Nostro, et ipsius Nostri Monasterij debito seruitio
nostraque religatione, et ab omni humana persona, ut de=
cus, et quieti, et sine omni damno, ac impedimento
semper exinde maneant ex omni parte, ordine, et ratione
predictę Salico tantummodo quod annuatim ipsi monasterio pro
incensum per saliu debet. unde mea bona uoluntate
Ego qui supra Laurentius Abbas licet immeritus consen=
su, et uoluntate predictorum confratrum Nostrorum
una cum eodem meo Aduocato Quadam eidem Nicolao

dedi, et me ipsum Mediatorem sibi posui corā. . .
ut ego, et mei posteres ipsius Monasterij Abbates
et Rectores semus. in predicta donatione, et traditione
facta in prenōiāto ordine, et ratione, et defendant illam
sibi, et suis heredibus ab omnibus ut pertegitur, et omnia
predicta faciamus, et adimplemus illis qualiter pertri=
bua fuit, quod si aliter omnia predicta illis non fecerimus,
et adimplenerimus, et per causatione uel pertegō illos
exinde miserimus per quōcunque ingenium obligo me
meosque posteriores, quidem Monasterij Abbatis
uel Rectores dare eis penam aureos solidos quinqua=
ginta totidem in publico inuitos. omnia predicta adim=
plentes preterquam licet tribui . . . . dicto Nicolao uel suis
heredibus . . . . me meosque posteriores à fati Monas=
terij Abbates, uel Rectores per omnes causas Nostras
ipsius Monasterij. licitā uel inlicitā quoscumque
nobis ubicumque inuenerint sine calumniat appellatio=
ne. donec omnia qualiter predicta sunt illis adimple=
mus

mus, et taliter scripsit Petracca Notarius qui interfuit.

Ego Laurentius Abbas concessi

Ego Benustus Monacus, et Sacerdos

Signum proprie Manus Augustini Monachi Sancti Benedicti, et Prioris Sancti Nicolai, de portaspiro.

Stefanus Qui supra Capersani Judex

Ego Antonius Judex

Signum Manus Mee Sere Meliciacce qui supra

n° 4 N° 11 43

Anno Salutifere Verbi Incarnationis Millesimo Ducentesimo tricesimo octavo. Imperij vero Dni nostri Fridrici Dei gratia Magnifici Romanorum Imperatoris, et semper Augusti Anno decimo octavo. Regni Jerusalem anno tertiodecimo. Regni vero Sicilie anno Quadragesimoprimo. Mense Decembris Vicesimo sexto ejusdem, Indictionis Vndecime. Nos Nicolaus Dei gratia Abbas Monasterij Sancti Benedicti de Capersano, presenti scripto Fatemur, quoniam habemus pecciam unam de terra pariecibus undique circumdatam, que vocatur pecia rosarum in loco nostri Monasterij Jurisdictioni spectantem, que pecia de terra istis finibus confinatur. ab Oriente est Clausum Johancocari de Carolo Magno. a Meridie est finis ta antigua, et pergit via publica. Ab Occidente est ferrata antigua predicta, et pergit via publica. A Septentrione est clausum Guillelmi de Trisuria; et quia ipsa pecia de terra deserta est, et inculta, et predictum Monasterium nostrum nullum habebat de ea proficuum

a 1238
n. 174

annuatim, utile duximus dare, et tradere illam ad profi-
cuum, et utilitatem dicti Monasterij nostri. Quod autem
nobis facere complacuit publice in presentia Bonorum
Johannis, et Ursileonis Judicum Cupersanensium, Thasu-
ri Notarij, Sachei de Judice, Guillelmi, et Zackerie, filij
dicti Thasuri Notarij. Dompno Goffrido Judice advocato
nostro stante Abbate in omnibus prescriptis pariter, et
subscriptis, et omnibus fratribus nostris presentibus et
consentientibus per fustem dedimus, et concessimus, et tra-
didimus totam prefatam terram Rogerio filio Guillel-
mi Meliquete Guillelmo, et David filijs suis modo tali,
ut amodo in antea ipse Rogerius Guillelmus et David
filij sui, et eorum heredes plantent vineas in eadem pecia
de terra, et arbores quascumque voluerint generis diver-
si, reducantque ad fructum, et teneant, et possideant
dictam peciam de terra, cum omni beneficio, quod in
ea fecerint, et dominentur semper cum omni, quod in-
fra habebur, et continebur, cum interioribus exitibus
justis pertinentie, et utilitatibus suis usque adve-
ad publicas, faciantque in ea, et de ea omnia que volue-
rint sine omni nostra, nostrorum successorum, et omni-
um hominum contrarietate, et requisitione. Ita tamen
ut ipsi Rogerius, Guillelmus, et David pater, et filij, et
eorum heredes, et omnes illi ad quorum manus devene-
rint, nominata pecia de terra cum omni beneficio suo,
et alienatione vel facto prefatorum Rogerij, Guillelmi,
et David patris, et filiorum, vel eorum heredum
septimam partem, multi quod inde perceperint in pace
suo, in cellario nostri Monasterij deferant annuatim.
Ita tantum quod in illo advenienti tempore ipsi nomi-
nati Rogerius, Guillelmus, et David pater, et f in eadem
pecia de terra semina aliqua sparserint de quocumque
genere, et de fructibus pomorum, quos inde habuerint
in tempore suo decimam inde prefatum Cellarium nostri
monasterij deferant annuatim. Ita tantum, quod in illo
advenienti tempore ipsi nominati Rogerius, Guillelmus

et David pater et filij, vel eorum heredum, seu aliqua humana persona debeant ipsam terram cum omni beneficio alicui venerabili loco dare, offerre, committere, seu alienare nisi in predicto monasterio nostro, gredi fecerint predicti Notarij ad manus nostri Monasterij penitus deveniant sine cuilibet impedimento, et requisitione. Unde fastus sum cu predicto Domino Goffrido Judice advocatum nostru voluntate, et consensu fratrum nostrorum omnium prefatorum vobis predictis Rogerio, Guillelmo, et David Patri, et filijs dedimus, et nos ipsos fide sibi posuimus

ut nos, et nostri successores semper maneamus in hac predicta datione, et traditione, defendentes eam sibi, et eorum heredibus ab omni humana persona illos inde molestare volente, ut securi, et quieti semper exinde ab ejus parte persistant, quorum nisi fecerimus, obligamus nos, nostrosque successores componere prefatis Rogerio, Guillelmo, et David patri, et filijs pro pena

octo tradidi in publico invicemque omnia compleamus predicta. Diffinitis abbatibus ipsis et fabianez, obligatione, et fide licentiam prefatis Rogerio, Guillelmo, David, et eorum heredibus piegrandi nos et nostros successores per omnes res nostri monasterij licite, et inlicite sine Kalumpnia, appellatione demus, predicta omnia compleantur. Quod taliter scripsit Stephanus publicus Cuperuanensis Notarius, qui interfuit.

Ego Nicolaus Abbas.

Ego Matthejus prior et Monachus.

Ego Johannes Monachus.

Ego Petrus Monachus.

Ego Guillelmus Monachus.

Johannes Imperialis Cuperuanensis Judex

Vrsiles qui supra Cuperuanensis Judex

Ego Zacharias testis sum.

n. 11

1275

Franc. nel Chartu Lavorum conjic. n. 196

Anno Salutiferi Verbi Incarnationis Millesimo Ducentesimo Quadragesimoquinto. Imperij vero Dni nostri Friderici Dei gratia Magnifici Romanorum Imperatoris, et semper Augusti anno Vicesimoquinto. Regni Ierusalem anno vicesimo, Regni Sicilie, anno Quadragesimo octavo. Mense Januarij sexto ejusdem Indictionis tertiedecimi. Ecclesiasticis utilitatibus deservientes, et ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere. Ne ecclesiastica dampnum non sentiat utilitas, set omnino competit agitari, ut hijs, qui se Ecclesiasticis obsequijs sponte subiciunt, Ecclesiastica beneficia conferantur. Hoc itaque nos Nicolaus Dei gratia humilis Abbas Monasterij S. Benedicti de Cupersano ratione ducti cognoscentes Iaconum Leonis filium Johannis utilitatibus et servitijs monasterij nostri se humiliter et devote subijcere, et ad omnia, que ad commodum ipsius monasterij nostri spectant esse ... ... sollicitum et devotum, voluntate, consilio, et consensu omnium fratrum nostrorum, una cum Domino Goffrido judice, et advocato nostro dedimus per fustem tradidimus eidem Jacono Leoni terram, que dicitur Lorgus in loco S. Salvatoris juri, et proprietati nostri Monasterij pertinente, cum terra que est in parte Meridiei juxta terram ipsius Lurgi, sicut incipit recte a cantone ipsius Lurgi, usque ad parietem clausi vinearum Dni Nicolai Archipresbyteri Cupersanensis et ejus confinalium, cum omni quod infra habetur, et continetur preter arbores Olivarum, que sunt in ipsa terra in parte meridiei, quas juri nostri Monasterij reservavimus. Ita quidem, videlicet Jacobus ... hedificet, colat, et bene ficet, et plantet ibi vineas, et arbores plantet cujuscumque generis et annuatim deferat in cellario nostri monasterij septimam partem mustbi, quod de vineis ... de fructibus arborum, quas ibi plantaverit, de omnia integram eidem nostro tribuat annuatim ... habeat

46

ipse Jaconus Leo, et possideat dictam terram cum omni
beneficio quod in ea fecerit donec facias
de fructibus ejus quicquid voluerit salve aliqua contra-
dicione nostra nostrorum successorum in ipsa vera
tota dicta terra cum omni beneficio quod ibi ipse
contulerit in prefatum Johannis filij sui de
tenendo, defendendo, et possidendo, donec ipse vixerit
sine aliqua contradicione deveniat, obtineat ipso Johan-
ne tota terra ipsa, cum omni beneficio ibi facto in do-
minium, et possessionem nostri Monasterij liberam, et abso-
lute deficiat terra autem istis finibus coniungitur.
Ab Oriente, et septentrione sunt alie terre ejusdem
Monasterij nostri. A meridie est clausum vinearum
Dni Nicolai Archipresbiteri, et ejus confinalium, et
ab Occidente est strata antiqua, et pergit via pupli-
ca, unde voluit in presentia dominorum Johannis et
Vrsileonis judicum Cuperuarensium Thauri notarij fa-
cerit festum aliorum bonorum hominum voluntate, et con-
sensu omnium fratrum nostrorum. Tandem cum pre-
dicto advocato nostro tradiam ipsi Jacono Leoni dedimus, qua
ipse recepit cum Johanne advocato suo, et nos ipsos
fidei jussores sibi ponimus Eorum et nos, et nostri Suc
cessores maneamus in hac predicta datione, et tradicio
ne defendentes eam sibi continentia omnia homines ausu
de molestare volentes, ut securus et quietus exinde ab
omni parte persistat. Quod nisi fecerimus, obligamus
nos, et successores nostros componere, et pro pena
augusta duos, totidemque in puplico, invitique omnia
compleamus predicta. Huic scribis nobis ipsis damus
obligatoribus, et fidejussoribus licentiam prefato Jaco
no Leoni tribuentibus pignados nos, et nostros suc-
cessores et res ipsius monasterij mihili-
cite, et inlicite sine calumpnia, et appellatione
donec predicta omnia adimpleantur. Quod taliter
scripsit Stephanus puplicus Cuperuarensis Notarius
qui et interfuit.

Ego Nicolaus Abbas. [illegible]

Ego Matheus monachus et Prior

Ego Johannes Monachus et Prior[illegible]

Ego Petrus Monachus et Prior.

Ego Guillelmus Monachus

Godridutio qui supra

Johannes Cupersanensis et Rocensis Judex

Ego Zacharias scribio sum [illegible]

n. 183

1269

Anno salutiferi verbi Incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo nono. Imperij vero Dni nri Frederici Dei gratia Magnifici Romanorum Imperatoris et semper Augusti Anno Vicesimo. Regni Ierusalem anno vicesimo quarto, Regni vero Sicilie, anno Quinquagesimo secundo Mense Martio, Indictionis septime. Nos Judex Ami, Judex Theodorus, Magister Peregrinus

Baiulus filius Domni Leonis. Angelus de Talonia. Johannes de Calechurio. Johannes Grandis, Domitrius filius [illegible] et Nicolaus de Marilia omnes de Vico Castellani pariter declaramus, quoniam Dominus Nicolaus venerabilis Abbas Monasterij S. Benedicti Cupersanensis, una cum Fratribus suis, dedit, et tradidit nobis, et heredibus nostris ad habendum et possidendum secundum formam scripti inde confecti locum Castellani, in quo nunc degimus, et manemus jure et dominio predicti Monasterij, nullo mediante pertinentem. Et quia idem Dominus Abbas et Fratres sui nolunt, ut aliquam Ecclesiam in eodem loco circa, vel juxta ipsum locum ullomodo fabricare, vel fundare possemus, vel debeamus, propter quod dubitabant ne aliquid dispendium contra honorem, et libertatem et Commodum predicti Monasterij sui posset proinde modo quolibet provenire. Volentes, et cupientes nos tamquam de-

48

vobi fidelis monasterij memorabi, eorum voluntatibus
et mandatis totaliter obedire. Volumbare pro parte
et vice tocius Universitatis ipsius Casalis Castellani,
eadem universitate presente et consentiente da
diamus dedimus in manibus Domini Mathei Venerabi
lis Prioris recipientis vice nominati Dni Abbatis su
et fratrum suorum, vbante dominabo patrono pro
pro advocato, et nos ipsos et mediatores posuimus
eorum, ut aliquo adveniente tempore Universi
homines habitatores ejusdem loci vel eorum heredes
et nos pariter et nostri heredes in ipso loco Castellani, ingre
nunc Casale construcbum est circa, vel juxta ipsu
locum nullomodo aliquam Ecclesiam possint con
struere vel fundare, vel fieri faciant, vel facia
mus vine voluntate, et mandato memorabi Dni Ni
colai Abbatis, vel successorum ejus et fratrum su
rum. Quod nisi fecerimus, vel fecerint obligamus
nos et nostros heredes, et totam Universitatem ejus
dem loci Castellani presentem, et consentientem per
factum, et convenientiam inter nos statutam com
ponere major dominacioni uncias auri quinquagin
ta et totidem parti Monasterij supradicti, insuper
ut predicta omnia debeamus nos omnes, et heredes
nostri modis omnibus adimplere, presentibo firmavi
mus juramento. Et ut hec omnia perpetue ro
bur obtineant firmitatis hoc scriptum obligationis
nostre, fieri rogavimus per manus Stephani pu
blici Cupersanensis Notarius, et a subscriptis
probis viris, et nostri subscriptionibus dignum du
ximus communiri.

Johannes Cupersanensis ... Judex

Stephanicciuj Cupersanensis Judex

Ego Zacharias testis sum

Signum manus Pandolfi

Vrsileo Cupersanensis Judex

Signum manus Judicis ami

Signum manus Judicis Theodorici

Signum manus Peregrini Bajulis

Signum proprie manus Trasborius de vicem loci notarius

Signum manus Johannis de Calchamira

Signum manus Johannis Grandis

Signum manus Dometrij

Signum manus Nicolai de Mensilia

Ex quo Suscepimus carnem ex Virgine Christus Anno Millesimo Ducentesimo quinquagesimo secundo. Regnante Pño nostro Conrado Dei grabia Romanorum in Regem electo semper augusto, Iherusalem, et Sicilie, Illustrissimo Rege anno secundo. Principatus vero Dni nostri Manset Illustris Principis Carcmani Divi Augusti Imperatoris secundi Filij anno secundo mense Augusti secundo die ejusdem indictionis Decime. Nos Bartholomeus de Sacupt Jacobus Judices. Porfidus Scorpionus, Johannes Lupo filius

1252

Manca nel Chartulario Cupers. Conflo n. 204

quondam judicis Candi, et Kyrlee filius Maraldicensis de Herasmo Civis Monopolitani testes subscripti, presenti scripto fatemur, quod Dominus Johannes Monachus Monasterij Sancti Benedicti de Cupersano tam pro se, quam pro parte et nomine totius Conventus ejusdem Monasterij ostendit nobis duo Privilegia eidem Monasterio indulta, quorum continentia inferius denotatur rogans ut ipsa per manus publici Notarij exemplari fideliter faceremus, ut eorum exemplis ad ostensionem et probationem expresse fuerit faciendam utantur, eo quod ipsa autentica conservabant, et ea deferre alibi verebantur, ne casu fortuito deperirent, ad cujus petitionem dicta privilegia videntes non rasa, non cancellata, nec in aliqua sui parte corrupta, set in prima figura apparentia per manus Maraldi publici Monopolitani Notarij fecimus de verbo ad verbum fideliter exemplari. Quorum unius continentia talis est: Paschalis Episcopus Servus servorum Dei Dilecto filio Raimundo Monasterij Cupersanensis Abbati, ejusque suc-

50

cessoribus regulariter subrogandis in perpetuum. Per sorum labio voluntatis effectu debet prorogacione compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter existeret, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Quia igitur dilectio tua ad Sedis Apostolice portum confugiens ejus tuitionem devotione debita requisivit. Nos supplicationi tue clementer annuimus, et Beati Benedicti Cupervanensis Monasterij cui Deo auctore presides sub tutelam Apostolice Sedis excipimus. Per presentes igitur privilegij pagina apostolica auctoritate statuimus, ut quecunque predia, quecunque possessiones idem Monasterium in presenti quinta Indictione legitime possidet, sive in futurum concessione Pontificum, liberalitate Principum, vel oblatione fidelium juste, atque canonice poterit optinere firmata tibi, tuisque successoribus et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem Monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, vel injuste datas suis usibus vel dicere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione, ac gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Chrisma, Oleum Sanctum, consecrationes Altarium, sive Basilicarum, Ordinationes monachorum qui ad sacros fuerint ordines promovendi, ab Episcopo in cujus Diocesi eris accipiatis, siquidem gratiam, atque communionem Apostolice Sedis habueris, et si ea gratis ac sine pravitate voluerit exhibere, alioquin liceat vobis Catholicam quem malueritis adire Antistitem, qui tibi consecrationum sacramenta suscipere, qui Apostolice Sedis fultus auctoritate, quod postulatur indulgeat. Obeunte vero nunc ejusdem abbate, vel tuorum quibuslibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij sanioris, vel de eorum de aliorum consensu elegerit collegio secundum Dei timorem, et Beati Benedicti Regulam elegerint ab Apostolice Sedis Pontifice ordinandus

Ad Indicium autem percepte a Romana Ecclesia libertatis auri unciam quot annis Lateranensi palatio persolvatis. Signum igitur in erastinum Archiepiscopus, aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes, Judex, Castaldio, aut Ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo, tertiove commonita vi non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino Judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Sanctissimo corpore, et sanguine Dei, et Dni nostri Redemptoris Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem monasterio justa servantibus sit pax Dni nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Dat. Beneventi per manum Johannis S. R. E. Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarij XV. Kal. Maij, Indictione X. Incarnationis Dnice anno M.CXVI. Pontificatus autem Dni Paschalis Secundi Pape anno XVII.° Item et alterius continentia talis erat. Paschalis Episcopus Servus servorum Dei, Dilecto filio Vincentio Abbati, Venerabilis Monasterij S. Benedicti quod in Cupersana civitate situm est, ejusque successoribus regulariter substituendis in perpetuum. Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, quatenus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata indubitanter vires assumat. Quia igitur dilectio tua ad Sedis Apostolice portum confugiens ejus tuitionem devotione debita requisivit. Nos supplicationi tue clementer annuimus, et Beati Benedicti Cupersanense monasterium cui Deo auctore presides sub tutelam Apostolice Sedis excipimus. Per presentis igitur privilegij paginam apostolica auctoritate statuimus ut universa que idem Monasterium in presenti tertia Indictione legitime possidet, sive in fu-

turum juste absque canonice poterit adipisci, firma tibi imposterumque successoribus, et illibata permaneant. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere vel temerariis vexationibus fatigare. Set omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione, et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Obeunte te nunc ejus loci Abbate vel tuorum quolibet successorum nullus ibi gravis subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel fratrum pars consilij sanioris, vel de suo, vel de alieno si oportuerit collegio secundum Dei timorem, et Beati Benedicti regulam elegerint. Chrisma, Oleum Sanctum, consecrationes Altarium, sive Basilicarum, ordinationes Monachorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi ab Episcopo in cujus Diocesi estis acquiescetis. Si quidem gratiam, atque communionem Apostolicæ Sedis habueritis et eam gratis, ac sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis Catholicum quem malueritis adire Antistitem, et ab eo consecrationum sacramenta suscipere, qui apostolicæ sedis fultus auctoritate, quæ postulatur, indulgeat. Porro nec Ipse, nec Episcopi ministris fabulas sit novas quaslibet exactiones ipsi loco indicere aut gravamen inferre, aut in Abbatem loci sine Apostolicæ Sedis censura manum dejectionis extendere. Ad judicia autem propter a Romana Ecclesia protectionis dignitatem auri unciam quot annis Lateranensi Palatio persolvetis. Si quis igitur in crastinum Archiepiscopus, aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, Vicecomes, Strategus, aut Judex, Ecclesiastica qualibet, secularisve persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat

et a sacratissimo corpore, et sanguine Dei, et Redemptoris Dni nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo exa-
mine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco
justa servantibus sit pax Dni nostri Jesu Christi, quatenus
et hic fructum bone actionis percipiant, et apud districtum
Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen Amen Amen.
Datum Benevenli per manus Johannis S. R. E. Diaconi Car-
dinalis, ac Bibliothecarij, sexto Julij, Indictione tertia, In-
carnationis Dominice anno M°. C°. X°. Pontificatus autem
Paschalis Secundi Pape anno XI°. Et quia predicta pri-
vilegia ipsius Dni Pape predecessorum sigillis plumbeis
communita, et etiam subscriptione sua, que Ego predictus
Maraldus supplicus Monopolitanus Notarius de verbo
ad verbum fideliter exemplavi, et signo meo solito signavi.
Monopolitanus Judex Bartholomeus de Lacu.
Hec non deludes Jacobus firmo quia Judex.
Porfidus Scorpionis.
Johannes Lupo Judicis Carnoli filius.

In Nomine Dni nostri Jesu Christi. Anno Dnice Incar-
nationis Millesimo Ducentesimo Sexagesimosexto, Regni
vero Dni nostri Karoli Dei gratia Regis Sicilie, Ducatus
Apulie, Principatus Capue, Provincie, et
Folchacherij Comes, Regni ejus anno secundo mense De-
cembris decimo ejus, indictionis decime. Nos Johannes de
Gravina, Johannes de Magistro Vito, Johannes de Silvestro
Judices Cupersanenses, et subscripti testes litterati eidem
terre, Civesque ad hoc specialiter vocati, et rogati. Presentis
scripti imposterum fatemur, quod Dominus Bartholomeus
Venerabilis Polinianensis Episcopus premisso die accedens
personaliter Cupersan ostendit nobis, et publice legi fe-
cit quasdam patentes literas Dni Radulfi Reverendissi-
mi Albanensis Epi Apostolice sedis legati sibi trans-
missas. Sigillo pendenti ejusdem Dni Legati de cera
rubea sigillatas, quarum continentia talis est. Radul-
fus miseratione divina Episcus Albanensis Apostolice Se-
dis legatus Venerabili fratri nostro Episcopo Polinianen

54
N. 6-II
1266
(1267)

salutem, et sinceram in Dño Caritatem. Instantia nostra cotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum existit, et illarum presertim, que tedia viduitatis deplorant. Cum igitur Abbatiam S. Benedicti Cupersano, que adtantam desolationem devenerat, malitia presentis temporis faciente, quod nec abbatem, nec conventum, nec religiosos aliquos habebat, qui ibidem Dño famularentur, de mandato Sanctissimi patris Dñi Clementis Pape, Quarti Abbatissę, et conventui quondam Monasterij Sancte Marie de Verge, Cisterciensis Ordinis Motonensis Diocesis duximus in perpetuum concedendam, et Ecclesiam S. Benedicti in civitate Polinianensi sitam, que fuit quondam monialium eidem Abbatie de Cupersano duxerimus uniendam, discretioni vestre, qua fungimur auctoritate mandamus, quatenus ad dictam Abbatiam S. Benedicti de Cupersano personaliter accedentes Abbatissam et conventum Monialium predictarum in corporalem possessionem dicte Abbatie S. Benedicti de Cupersano, cum omnibus possessionibus et juribus, et pertinentijs suis personaliter inducatis, et inductas defendatis eadem, facientes dicte Abbatisse debitam obedientiam, et reverentiam a suis subditis exhiberi, ea vacil-
lis predicte Abbatie debitam obedientiam et reverentiam
a suis subditis moris est juramentum fidelitatis presti-
ri, contradictores per censuram Ecclesiasticam appel-
latione ad nos incomposita compescendo. Datum Brundu-
sij tertio nonas Decembris Pontificatus Dñi Clementis
Pape Quarti Anno secundo. Ad cujus execucionem man-
dati personaliter venerabilis Polinianensis Epus dili-
genter intendens auctoritate ipsius Sacri mandati co-
nobis Dnam Damettam predictam Venerabilem Abba-
tissam, et conventum Monialium predictarum in co-
poralem possessionem dicte Abbatie S. Benedicti de
Cupersano cum omnibus possessionibus, et juribus suis in-
duxit, ad cujus rei memoriam, vel cautelam predicti Dñi Bar-
tholomei Polinianensis Epi et predicte Dñe Abbatisse
pariter et conventus monialium predictarum facta sunt

duo puplica consimilia instrumenta penes dicendum Epum unum exinde retinendum, et aliud penes predictam Dnam Abbatissam per manus Tiberij puplici Cuperranensis Notarij, testium judicum, et aliorum testium subscriptis ribus confirmatum. Quod taliter scripsit Tiberius puplicus Cuperranensis Notarius qui interfuit.

Joes Lucadex judex.

Johannes de Magistro Vito Regius Cuperranensis judex

Johannes Silvesteridex Cuperran judex.

Ego Majo puplicus Cuperran Notarius

Ego Riccius quondam puplicus Cuperranen Notarius.

Angelus quondam puplicus Cuperranensis Notarius.

N. 7 - II

1267

Ex quo factus homo Christus de Virgine natus.
Anno Millesimo Ducentesimo Sexagesimo Septimo. Regnante
Dno nostro Karolo Dei gratia Excellentissimo Rege
Sicilie, Ducatus Apulie, ac Principatus Capue, Provincie

et Forealquerij Comite, Regni ejus anno Secundo, Mense
Decembrij duodecimo ejusdem, Indictionis Decime, apud
Castellanum. Nos Nicolaus Pirarus Regius Polinianensis
judex, Johannes ejus Abbas puplicus ejusdem terre, No-
tarius, et subscripti testes ad hoc specialiter vocati et
rogati presenti puplico scripto fatemur, quod vener-
bilis Pater Dominus Bartholomeus Polinianensis Episcopus
presenti die personaliter accedens ad predictum locu
Castellani, ubi nos predictum judicem, et Notarium
personaliter accersiri fecit pro eo quod in ipso loco
Castelli Judices, neque Notarij puplici non
erant pro anno presenti presentis Decime Indictionis,
ostendit nobis, et peptice legi fecit quasdam litteras pa-
tentes Dni Radulphi Reverentissimi Albanensis Epi
Apostolice Sedis legati sibi transmissis, rigillo penden
bi ejusdem Dni legati de cera rubea rigillatas. Qua
rum contimenbia per omnia talis erat. Radulphus
miserabione Divina Epus Albanensis Apostolice Se

dis legatus Venerabili fratri nostro Episcopo Polinian. Salutem, et sinceram in Dno caritatem. Instantia nostra cotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum existit et illorum precipue que tedia viduitatis deplorant. Cum igitur Abbatiam S. Benedicti de Cupersano que ad deplorationem devenerat, malitia pretoriti temporis faciente, quod nec abbatem, nec conventum, nec religiosos aliquos habebat, qui ibidem Dno famularentur, de mandato Sanctissimi Patris Dni Clementis Pape IIIJ. Abbatisse et Conventui quondam Monasterij S. Marie de Verge, Cisterciensis Ordinis, Motuntinensis duxerimus in perpetuum commendam, et Ecclam S. Benedicti in Polinianensi civitate vitam, que fuit quondam monialium ejusdem Abbatie de Cupersano duximus unienda. Discretioni vestre qua fungimur auctoritate mandamus, quatenus ad dictam Abbatiam S. Benedicti de Cupersano personaliter accedentes Abbatissam, et conventum monialium predictarum in corporalem dicte Abbatie de Cupersano cum omnibus possessionibus juribus, et pertinentijs suis possessionem, et de Ecclesia S. Benedicti de Polinian cum juribus et pertinentijs suis personaliter inducatis, et inducas defendatis. easdem faciendo dicte Abbatisse debitam obedientiam, et reverentiam a suis subditis exhiberi, et a vassallis predicte Abbatie, sicut moris est juramentum fidelitatis prestari. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione ad nos interposita compescendo. Dat. Brundusij IIJ. Nonas Decembris. Pontificatus Dni Clementis Pape IIIJ. anno Secundo. Ad cujus executionem mandati predictus Venerabilis Polinianensis Epus diligenter intendens, auctoritate ipsius predicti mandati coram nobis mandavit universis et singulis hominibus dicti loci Castellani, tam clericis, quam Laicis, ut Dne Damelde Abbatisse prefate, sacramentum fidelitatis, et homagium prestarent, et eidem de omnibus juribus, que ad pre-

dictam Ecclesiam S. Benedicti de Cuperano pertinent, ut hactenus contectum petitum responderent, ut de jure tenentur, et debent, qui homines dicti loci Castellani ad mandatum predicti Dni Episcopi facti sibi ex parte Dni legati predicti predictae Abbatissae praestiterint fidelitatis debitum Juramentum. Unde ad futuram Memoriam, et tam predicti Dni Episcopi, quam predictorum Abbatissae, et Monialium Conventus cautelam, facta sunt exinde de predictis duo consimilia publica instrumenta, unum penes dictum Dnum Episcopum remanendum, et aliud habendum a predicta Dna Abbatissa per manus mei predicti Johannis de Abbate publici Polinian Notarij, subscriptione mea qui supra Judicis et subscriptorum testium subscriptionibus roborata. Quae scripsi ego predictus Johannes de Abbate publicus Polinianensis Notarius, qui predictis rogatus interfui, et meo solito signo signavi.

Signum crucis propriae manus Nicolai Pisani Regij Polinianensis Judex

Johannes publicus Polinianensis Notarius testabur.

Signum propriae manus Pegrini Judicis filij Dospni Teonis

Ego Notarius Guillelmus testabur.

Signum propriae Manus Petri de Juncata

Signum propriae manus Magistri Taur.

Die Vigesimoquarto mensis Martij 1612. Poliniani presens instrumentum presentatum fuit p. N. Franc. I procuratorem ut in actis coram Reverendo Dno Franc. Fabrebbi procuratore Polinianensi per presentem relaxandi copiam, et rehabendi originale &

58

In Nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti Amen. N. 21 (11)

Anno Dni millesimo Ducentesimo septuagesimoquarto 1274

Secunde Indictionis. Regnante Dno nostro Karolo Rege Siciliae, Ducatus Apuliae, Principatus Capuae, Andegaviae provinciae, et Folcacherij comite, et per Sanctam Roma-

nam Ecclesiam in Tuscia Vicario generali. Anno Regni ejus nono feliciter amen. Nos Henricus miseratione Divina Archiepiscopus Tarentinus licet indignus notum facimus pro Venerabili Abbate Monasterij Sancte Marie de Talesio, et Fratre Antonio de Celano, quos predictus Epus Dna Ysabella Abbatissa Venerabilis Monasterij Sci Benedicti de Cupersano supra quandam questionem, que vertebatur inter eos in suos Arbitros elegerant, quandam sententiam protulit. Unde nos volentes scire certitudinem hujus rei dictum presbiterum coram nobis fecimus advocari, qui in nostra presentia coram dicto Episcopo Nicolao de Patriarkissa Subcentore Minoris Ecclesie Tarentine, et Dompno Peregrino de Tarento ~~in loco Monasterij S. Marie presente Petro de Juncata Judice Casalis Castellani, et me Leonardo publico Carcer~~ presentavit nobis litteras compromissi in dictos arbitros, sigillatas sigillis amborum videlicet dicti Episcopi, et Abbatisse Cupersani nominate. Quarum

continentia per omnia talis erat. Die Martis nono Januarij Secunde Indictionis apud Tarentum in loco Monasterij S. Marie presente Petro de Juncata Judice Casalis Castellani, et me Leonardo publico Carcer auctoritate Regali Notario, et teste Dompno Primo Jacono, Angelo de Cupersano. Nicolao Jagario, Stephano de Carisio, et Fratre Johanne priore S. Marie de Talaso. Dnus Stephanus Venerabilis Episcopus Cupersanensis cum consensu Capituli Cupersani, et Dna Ysabella Venerabilis Abbatissa Monasterij S. Benedicti de Cupersano de quadam questione habita inter ipsum Epum, et monasterium predictum supra eo videlicet, quod dictus Epus dicebat se debere et posse ordinare, seu ad sacros ordines promovere omnes clericos Casalis predicti Castellani absque representatione alicujus. Dicta Abbatissa contrarium asserebat hoc modo videlicet, quod sua interest et espresentare dictos clericos, et ipsos sine sua representatione ordinari non posse. Lege-

runt de communi partium voluntate arbitros religiosos viros Fratrem Antonium de Cdano de ordine Predicatorū, et Dompnum Lucam venerabilem Abbatem Monasterij S. Marie de Zaleso ad terminandum, et sedandum, et diffiniendum tam questionem ipsam, quam omnem materiam scandali ortam inter eosdem Episcopum, et capitulum ex una parte, et Abbatissam et Conventum ex parte altera. Diebus feriatis, et non feriatis partibus presentibus, vel absentibus dantes eisdem potestatem alium arbitrum eligendi, et cum ipso, vel sine ipso arbitrium proferendi, promittentes sub pœna unius libre auri vel per se rabum habituros, et firmum hinc inde quidquid super predictis dicti arbitri, aut sanior pars eorum duxerit arbitrandū, in cujus rei testimonium presens scriptum dicte partes rogaverunt per manus mei dicti Notarij, tam ipsius Epi, quam Abbatisse sigillum munibum, consentientes in nos, tamque in sui Judicem, et notarium, cum scirent nos non esse sui

Judicem, et Notarium. Has autem litteras cum dictis Dompnus Basilius nostris manibus presentasset, et nos easdem litteras legeremus dictus Cupersanensis Episcopus ipsas de manibus nostris legendas accipiens spiritu ire, arreptus dilaniavit eas, et in tres partes divisit, vigilis tamen amborum videlicet Epi memorati, et Abbatisse superius nominate, remanentibus integris, et illesis. Quod cum ad auditum dicte Abbatisse pervenisset fecit nobis per fratrem Nicolaum Monachum Cisterciensis ordinis Procuratorem suum humiliter supplicari, ut tenore predictarum litterarum dilaniatarum ad sui cautelam sibi faceremus transcribi, et nostro sigillo muniri, Nos autem ejusdem procuratoris supplicationibus ut pote justis benignius annuentes ipsas litteras dilaniatas ad futuram rei memoriam, et venerabilis Abbatisse predicte cautelam de verbo ad verbum transcribi fecimus, et nostro pendente sigillo proprio communiri Datum. Tarenti anno, mense, die, et Indictione premissis.

(piccolo)
N-10-II
1268

Anno quo Christus carnem sumpsit de Virgine natus mil=
lesimo Ducentesimo Septuagesimo octavo. Regnante Domino
nostro Karolo Dei gratia Illustrissimo Rege Sicilie, Du=
catus Apulie, et Principatus Capue. Andegavie Provincie
et Folquali[illegible]ve Comes. Regni ejus anno tertio Indictionis
vndecime, Mense Junij decimo ejusdem apud Castellanum.
Nos Petrus de Juncata Judex Castellani, Angelus puplj=
cus ejusdem loci Notarius, et infrascripti testes de eodem
loco ad hoc specialiter vocati et rogati presente puplico scri=
pto fatemur quod presbyter Gualterius Capellanus vene=
rabilis Abbatisse, et Conventus Monasterij S. Benedicti de
Cupersano, et Judex Jacobus de Monopolo ejusdem mo=
nasterij advocatus prescripto die Castellanum venerunt,
et nobis presentibus requisiverunt pro parte, et nomine ejus=
Monasterij Judicem peregrinum de Castellano, quem
dicebant habere, et conservare pro parte Universi=
tatis loci ejusdem duo instrumenta, seu Privilegia
dicti facta pro Abbate ejusdem Monasterij, qui pro
tempore, et successive fuerunt de certis pactis conve=
nientibus, et conditionibus inter ipsos pro parte ipsius
Monasterij ex una parte, et habitatores ejusdem lo=
ci ex altera, petentes, quod instrumenta ipsa eis pro
parte et nomine dicti Monasterij authenticare, et in
puplicam formam redigere faceremus, pro eo quod di=
cti Monasterij interesse dicebant debere habere in
Archivo dicti Monasterij Instrumenta seu privilegia
ipsa authenticata ad fidem, seu probationem quotiens opus
fuerit exinde facientes. Qui Judex Peregrinus . . . . ad
requisitionem eorum produxit coram nobis instrumenta
duo unum factum quondam a Dno Eusebio ejusdem
Monasterij Abbate, et aliud privilegium . . . . a
Domino Nicolao Abbate similiter ejusdem Monasterij.
Que instrumenta vidimus, et inspeximus diligenter, et cogno=
vimus ipsa non rasa, non cancellata non abolita, nec in ali=
qua sui parte corrupta, set in prima sui figura existencia
Quorum unius continentia per omnia talis erat: In No=

61

(scritto per l'ora finale)

mine sancte, et individue Trinitatis. Anno salutifere Dni nostri Jesu Christi Incarnatione. Millesimo centesimo sexagesimo secundo. Regni vero Dni nostri Guillelmi[ni] vicesimi Regis Sicilie, Ducatus Apulie et principatus Capue anno septimo. Mense Decembris, Indicione quarta. Ego Eustasius Dei, et Regis gratia Monasterij S. Bene= dicti civitatis Cupersani Abbas licet indignus declaro. Quia in pertinentijs nostris loci sicut Castellani partim nostro predicto Monasterio Ecclesia una semidiruta cujus voca= bulum est Sanctus Magnus cum terris circum circa cerbam cerbare, et quia ipse locus ipse saluber est ad habitandum, et terre regi= tibus fecunde opportunum vel faciende in provinciam duxi, et Ecclesiam ipsam redificare, et terras pronominatas provincias ad habitandum, et semi= nandum tradere, quo affabum nostrum Monasterium inde aliquid lucretur. Set quia longo jam tran= sacto tempore homines affidandi a predicte civita= tis Comitibus idem nostra acquisierat Monaste= rium, ut causa ipsa firmior persisteret Dominum nostrum Robertum Palatinum Comitem Locatelli adivi humilit[er] supplicans prece quo[nodo] nostro Monasterio, quod ab antiquis Cupersani Comitibus concessum fuerat, confirma= re dignaretur. Qui sui gratia sue pietatis auribus nostris commodavit precibus orecque suo melliflue, et id sibi placi= tum fore, et monasterium ipsum augere modis inde omnibus, et manutenere valle promisit. Dans in mandatis hoc tantorum per officere regie ejus. Dei enim loci predicti habitatorem defensorem esse sponsonit. Hujusmodi vero facti causa a tanto magni fico corroborata comite vicinarum civitatum accitq[ue] aurs et locorum, et locum prenominatum e vestigio a quam= plurimis nobis quesitum est. Cumque diu quererebur venerunt tandem duo viri terre Hydrunti habitatores, quorum alter Nicolaus, alter vero Costa vocabulo nun= cupabur, prenominatam Ecclam redificandi, transque predictas colere rerum suarum decimas nostro mo= nasterio dandi. Convocato itaque Domno Johanne nostri monasterij priore, alijsque nostris monachis et oblatis

62

guamplurib⁹ et iam ebiam affabꝫ civib⁹ tabi probis hominib⁹. Ac eis narrato seriabim, et eumdem dominum Comitem laudib⁹ attollerent, et locum pronominatum predictum petentibus predictis nobis concedere laudaverunt. Communitate cato itaque cum omnib⁹ eis consilio ipsis ebiam presentibus per fusbem ut moris est una cum sire Roberto advocato nostro tradidi et concessi suprad̄ictis viris quibus et forte presentia Nicolao et Costa pronominatam Ecclesiam cum premem̄oratis terris certum cerba cum eorum circumcirca aquariis et pertinentiis omnibus, et cum pubeis omnibus nobis in loco predicti loci Castellani pertinentibus preter unum, quem nostro reservavimus regimini, quara traditionis pacto convenientie receperunt ipsi tam pro se, et eorum heredibꝫ, quam pro illis, et eorum heredibus qui ibi ad habitandum venerint, tenere quidem tali⁹ ut omnes illi qui ad habitandum ibi venerint de pronominatis terris tantum pro mansionibus faciendum, seminandum, et partem vineas plantandum capere, quantum a nostro Bajulo eis fuerit assignatum. et quicquid de eorum seminibus tam in ipsis terris, quam in aliis seminatis Deo auxiliante lucrati fuerint. et de vinearum musto, et de porcorum, et ovium suarum nutrimine lana, caseo et reculis integram decimam annuatim nostro persolvat monasterio, sicut et ebiam inter nos, et hi qui ad habitandum ibi venerint debus non habentibus, dent annuatim monasterio nostro pro affidatura presentium octo. Si vero postmodum boves acquisierint dent nobis decimam de omnibus eorum seminum fructibus, sicut alii loci cohabitatores amplius nunc. Si autem de cohabitatoribus locum predictum intestatus quis, et sine heredibus mortuus fuerit, res ejus omnes nostro devenians Monasterio. Si vero testatus de testamento ab eo condito quarta pars nostro deveniat monasterio. Et si aliquis pronominati loci habitantium filiam, sororem, vel suam aliquam parentem extraneo alicui dederit in Uxorem det nostro monasterio pro exitura soldum unum pro denarium fiorum solvendum. Quicumque de ipsis habitantibus voluerit et potuerit liberam et sine aliquo alio servitio habendo tributimus potestatem

ad macinandum cui voluerit. Presbiteros vero locum nominatum habitantes absque ullo servitiis abitando ibi manere volumus preter quod presertim in festo S. Benedicti annuatim libram unam cere prenominato dabit Monasterio. Bajulum et Judicem ex ipsis habitantibus habeant. volumus nostra tamen electione. Si autem de habitatoribus ipsis aliquis exinde se exhabitare voluerit aut quocumque ire voluerit, vendita tamen prius rebus suis stabilibus loci predicti habitatoribus, qui annuatim habita servitutis nostro persolvant monasterio. Qui pro excoitura dent nostro monasterio libram cere unam. Sub talibus igitur constitutionibus et observationibus prenominatam Ecclesiam, prenominatasque terras loci predicti incolis nos nostrique successores prefate Ecclesie rectores defendamus eos ab omnibus hominibus contra eos exinde aliquo modo causari non audeant. Servos et quietos omni tempore ab omni parte manere debeat. Si quis autem temerario ausu hanc nostram traditionis concessionem rumpere seu aliquo evacuare tentaverit, unam auri libram incolis bonis

demque publice parte componere censemus. Invictum proinde omnia predicta observationem, eumque Dictatum tremendo mulctare. coherceatur accederet. observantes autem hec vite eterne tribuantur gaudia. Ut aut hec nostra data, et traditio et concessio illis hominibus futuris habitatoribus loci predicti firma, firmiorque consistat, scriptum hoc exinde scribi jussimus per manus Sclavi Notarij eo quod interfuit. In quo etiam subtesta tum nostrumque hic robur de nostris monachis et oblatis subtestati sunt. Anno, et Indictione prelibatis. Et non ibi subscripsit Abbas Leo. Item idem scripto confirmat, et hoc ipse idem. Signum manus Fratris Johannis sacerdotis et Monachi. et Prioris Signum Manus Fratris Simonis Sacerdotis et Monachi Signum manus Fratris Andree Monachi Signum Manus ..... Majonis nostri oblati ego Rogerius testis sum. Matheus filius Item alterius continentia talis erat. Anno salutifere verbi incarnationis Millesimo Ducentesimo Quadragesimonono Imperij vero Dni nostri Federici Dei gratia Magnifici Roma

Capovigo con tutte le pezze

norum Imperatoris et Augusti anno vicesimo nono. Regni Jherusalem anno vicesimo quarto. Regni vero Sicilie anno Quinquagesimo secundo. mense Februarij primo ejusdem Indictionis Septime. Ecclesiasticis utilitatibus deservientes, ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere. Nam Ecclesiastica dignum non esset utilitatibus, set omnino competit eguitabi. si fidelibus Ecclesie, qui ipsius servicijs, et obsequijs se sponte, et devote subiciunt ecclesiastica beneficia conferantur. Hoc itaque nos Nicolaus Dei Gratia abbas Humilis Monasterij S. Benedicti Cupersanensis ratione debita provocatus ad justam petitionem hominum nostri Monasterij de Casale nostro Castellano, quos semper ad omnia obsequia Ecclesie nostre tamquam fideles viros paratos invenimus, et devote consilio, et voluntate omnium fratrum nostrorum dedimus, et per fustem tradidimus stante nobiscum prudente uno Judice Goffrido advocato nostro Dopno Johanni, et Magistro Peregrino recipiente vice tobius universitatis ejusdem loci Castellani locum Casale nostri Castellani cum una aquali fovea que est in lacu Venti, Jure, et dominio nostri Monasterij pertinente hominibus universis, qui in eodem predicto loco Castellani modo degunt, et habitant, et eorum heredibus, vel alijs venientibus ibi ad predictum locum ad habitandum cum Domibus, Casalibus, orbis, puteis, domicilijs et habitaculis, et omnibus utilitatibus monasterio nostro in eodem loco spectantibus et pertinentibus ab ipsis hominibus, et a predecessoribus suis in eodem loco constructis. reservatis omnibus arboribus olivarum, et quecumque sunt in ipso casale, et certa ipsius, que fuerunt ipsius monasterij, nostro Monasterio nobis, et Successoribus nostris totaliter pro futurij, salvis etiam decimis universis, quas dare consuevernant monasterio nostro secundum formam privilegij a predecessore nostro inde confectam, itaquidem ut amodo inantea omni futuro tempore homines universi, qui modo in ipso loco Castello pervistunt, et eorum heredes, et liberi et stante teneant. atque possideant domos ibi ab eis constructas, orbos, casalia, et habitacula uni-

versa cum omnibus pertinenbijs, et utilitatibus, introitibus et exitibus, et justis pertinentijs suis usque ad vias pu-
blicas quę et possident et dedente fa-
cient, et coferuent sine aliqua molestia et contradictione nostra, et successorum nostrorum, reservata monaste-
rio nostro nobis, et successoribus Ecclesia S. Leonis cum curte puteo, et aqueductu suo, cum domibus, quę sunt in eodem claustro Monasterij, videlicet cum domo magna Cellarij, et domo magna ingua sunt tarpetum, et molen-
dinum, et domo parvula, quę est contra Ecclesiam S. Leonis; et duabus quę sunt intus in claustro prę-
dicto nostro Monasterio totaliter reservatis, quę omnia semper fuerunt sub jure, et Dominio nostro monasterio totaliter constituta, salvo omni jure, et consuetudinibus, quę utilitates nostri Monasterij in ipso casale spectare videntur secundum formam privilegij prefati ho-
minibus ejusdem loci a predecessore nostro traditi, et concessi. Recolimus enim quod Bartholomeus quondam

Abbas Monasterij nostri bonę memorię locum ipsum in quo modo est casale constructum pro utilitate et co-
modo nostri Monasterij tempore Scirmatis tradidit, et concessit pro eo quod dimiserunt aliud casale nostrum, in quo prius habitabant, et venerunt ad habitandum in eodem loco, in quo modo manent prope munitionem ter-
ris, quę tunc ibidem erat constructa. Nos autem hoc ideo fieri volumus, et previdimus pro utilitate et co-
modo nostri Monasterij. Ne homines ipsius loci fideles nostri dispergerentur per loca alia ad degendum. Fines autem ejusdem loci sunt isti. In parte Orien-
tis est via puplica, et revertitur ad parietem loci nostri qui est in nostra clausurea ipsa olivarum ubi est ter-
ra nostri Monasterij juxta ipsam clausuram olivarum parietibus circumdatam. In parte Meridiei est or-
tus Nicolai Tuscani, et vadit usque ad ortum Magis-
tri Peregrini, et revertitur ad viam puplicam, quę vadit ad predictum lacum. In parte Occidentis,

et Septembrionis sunt terre ipsius Monasterij nostri, et hominum ipsius loci fidelium nostrorum. Igitur ut hec nostra dacio, et tradicio, quam pro comodo et utilitate nostri monasterij fecimus, sicut superius continetur, perpetuum robur Deo auctore obtineat firmitatis. hoc scriptum fieri fecimus per manus Stefani puplici Cupersani Notarij, in quo subscriptionem nostram impressimus, et subtestationibus omnium fratrum nostrorum, et proborum virorum subscriptorum fecimus roborari, et erant in eo subscriptiones tales. Ego Nicolaus abbas, Ego Matthеus prior. Ego Johannes Monachus et presbyter. Ego Petrus Monachus et presbyter. Ego Willelmus monachus. Johannes Cupersanensis Nobiliani et judex. Stefanicius Cupersanensis Judex. Goffridus qui supra quondam Judex = Inde ad futuram rei memoriam et precibi monasterij cautelam ad petitionem predictorum Presbyteri Gualterij, et Judicis Jacobi nobis

pro parte dicti Monasterij factam, dicta instrumenta seu privilegia autenticare et in publicam formam redigi fecimus per manus mei qui supra Angeli puplici Castellani Notarij signo meo solito manus qui supra Judicis et infrascriptorum testium subscriptionibus, et subsignationibus roborata. Quod scripsi ego precibus Castellani puplicus Notarius, qui vocatus, et rogatus ad omnia interfui et meo signo proprio vocatus liber roboravi mense die Anno, et Indictione predictis.

Signum Manus Petri de Juncata Judicis Castellani qui supra.

Ego Guillelmus puplicus Castellani Notarius testis.

Signum manus Magistri Laurentij

Signum proprie manus Johannis de Chuvaccia.

Signum Crucis proprie Manus Nicolai de B Grando

Signum manus Peregrini quondam Judicis Castellani

Ὁ πρεσβύτερος Νικόλαος μάρτυς ὑπάρχω.

Τίγνον διάκονος παλερμοῦ ἱερέως

σίγνα Χ̄ρ̄ός ὀσσάνα τοσεσβύτερος μάρτυς ὑπογράφον.

Signum proprie manus Leonis de Pentarini

Signum crucis manus Nicolai Tacari.

Quo Splendor pacis nituit gremio pietatis. Anno millesimo ducentesimo Nonagesimo primo. Regnante Dno nostro Karolo Secundo Dei gratia excellentissimo Rege Jerusalem et Sicilie, Ducatus Apulie, principatus Capue, Andegavie, provincie, Foncalcherie, Toornetorij Comite. Regnorumejus Jerusalem et Sicilie anno sexto. mense Marcij decimooctavo ejusdem quarte Indictionis. Nos Judex Petrus de Juncata de Castellano, et Carapresa mulier filia quondam

gui sumus vir, et Uxor In presentia Johannis de Peregrino Castellani Judicis, Magistri etageli de Letricia, Johannis de Judice peregrino, et Peregrini Caforij de eodem testium subscriptorum, ad hoc specialiter vocatorum, et rogatorum

me gue supra Carapresam mulierem de dolo et suasione legaliter inquirenti non vim passa, neque coacta sicut ad legalem examinationem Judicis sum, set confessa sum me hoc voluntarie facere velle, astantibus etiam mecum et consentientibus in hujus scripti continentia. Johanne Andrea, et Philippo nepotibus, et legitimis mundualdis meis, nec non puero et Angelomeis precipuioribus parentibus consentientibus et advocatis bona nostra et gratuita voluntate per fustem ut mos est dedimus, tradidimus, et donavimus Spinelle, filio quondam Martini de Juncata de eode foveam unam, quam habemus in territorio Castellani subscriptis finibus designatam vidi, ab Oriente est via publica, per quam iter potenianu a predicto loco Castellani; a Meridie est clausura Magistri Nicolai in predicta via mediante; ab Occidente sunt terre Nicolai Bubali, nam a Septentrione est via publica iter potenianum a predicbo loco. Infra hos denique fines per fustem ego qui supra Petrus dedi

et tradidi eidem Spinelle tres partes predicte fovee
et ego que supra comprisa quartam partem mihi pertinentem ratione mei mihi dedit et tradidit
ab eodem Judice Petro viro meo tempore contractus matrimonij inter maritum una cum suis inferioribus, et superioribus suis transitibus et exitibus suis usque ad vias publicas, omnibusque infrascriptis habitis et contentis, ex qua donatione et traditione nostra nullam nobis, seu nostris heredibus
neque ad ullumquemque hominum proprietatem vel potestatem reservavimus habendi, vel requirendi, set fundibus et transactibus illam dedimus, donavimus, et tradidimus possidendi . . . . . sibi et suis heredibus
pro confirmatione vero hujus nostre donationis, et traditionis continuo recepimus ab eodem Spinelle exinde
meritum valis nobis bene complacens, et
equalens donationi predicte, ea videlicet ratione, ut
a presenti die in antea omni futuro tempore hec
nostra donatio, et traditio fundibus et transactibus

sit in potestate, et donatione sua, suorumque heredum
ad faciendum de ea, et in ea omnia que voluerint,
sine nostra, nostrorumque heredum, omniumque hominum contrarietate et requisitione. Nos vero, vel
nostros heredes defensores sibi suisque heredibus
inde fiamus ab omni humana persona illos inde
molestare, vel inquietare volente, et ad majorem
suam, suorumque heredum securitatem atque cautelam eandem Spinellam in vacuam, et corporalem
possessionem fovee predicte induximus, et nobis
ipsum introducentibus cepit predictam foveam juxta
donationis . . . legitime possidere modo tali, ut
a presenti die in antea sit in sua, suorumque heredum potestate proprietate et dominio ad habendum, dominandum, et possidendum ipse, et suis heredes, et omnia quod, et in ea faciendum ut eorum
fuerit voluntas sine nostra, nostrorumque heredum
omniumque hominum contrarietate et requisitione.

64

Unde voluntarie in presentia predictorum Judicis et testium dicto Spinelle Guadiam dedimus Unde Petro pro me, et pro predicta Uxor me fide jubente eo tamen, ut adimpleamus et observemus sibi vel suis heredibus omnia qualiter sunt predicta. Contra quod si fecerimus obligamus nos nostrosque heredes per eandem Guadiam, et ubicumque solemnem componere eidem Spinelle, suisque heredibus, nomine pene Augustalis auri rex nomine pene, totidemque curie, vicet pena ipsa soluta vel non presentes donationis contractus cum eadem adiectione pene nihilominus robur obtineat firmitatis, districtis nobis ipsis obligatoribus et donatoribus nostrisque heredibus qui eidem Spinelle suisque heredibus licentiam dedimus pignorandi nos nostrosque heredes per omnes res nostras pignora licita, illicita sine mea jussu, calumnia et appellatione, dum omnia facimus pro ut presens publicum continet instrumentum.

Quod taliter scripsit Nicolaus publicus Cupersani Notarius, qui predictis rogatus interfuit, et suo solito signo signavit.

Signum Crucis propriæ manus Johannis de Peregrina qui supra Judicis

Signum Crucis propriæ manus Magistri Angeli de Letitia

Signum Crucis propriæ manus Johannis de Judice Peregrino

Signum crucis propriæ manus Peregrini Casorij.

70

N. 18-II

1296

ANNO Incarnationis Dni nostri Jesu Christi Millesimo Ducentesimo Nonagesimo quarto. Regnante Dno nostro Karolo secundo Dei gratia Illustrissimo Rege Jerusalem, Sicilie, Ducatus Apulie, et Principatus Capue, Provincie, et Folcalquerij Comite. Regnorum ejus anno decimo Mense

Junij die quartodecimo ejusdem Septime indictionis Agni
Polinianum. Nos Comis Nicolaus filius quondam Comis
Johannis Notarius. Nicolaus filius quondam Leonardi Cam-
pons de Baro Cives Polinianenses electi arbitri habi
tatores Laudatores, seu amicabiles Componitores una
cum Cont Angelo de Pando filio quondam Sive Jacobi
de pando de Scala concive nostra a Venerabili Dna Dnanna
Isabella Abbatissa Monasterij S. Benedicti de Cupersano,
et conventu ejusdem Monasterij ex una parte, et dictum
Abbatem, et conventum ejusdem Monasterij Sancti Viti
ex altera, de ~~quibusdam terris que sunt in partibus~~
~~Poliniani in subscriptis diversis confinibus~~, videlicet de
~~terris que sunt~~ prout in scripto compromissi ejusdem
habebur, et alia confinebur. supra questionem que ver-
tebatur inter eamdem Abbatissam, et conventus ejusden
Monasterij ex una parte, et dictum Abbatem et conven-
tum ejusdem Monasterij S. Viti ex altera de quibusdam
terris, que sunt in partibus Poliniani in subscriptis diver-

sis confinibus, videlicet de terris que sunt in eisdem par-
tibus Poliniani subtus Cutes vocati de Jenualdo supra Pale-
am Johannis de Bisantio a termitibus mercatis, qui sunt
in Capite pariebis Meridionalis in parte Occidentis qui
paries dividit ~~dictas~~ Monasterij S. Benedicti ab ipsis
terris sicut vadunt ipsi termites, et ab ipsis termitibus
devolvuntur recte in parte maris usque ad caput pa-
riebis terrarum de parte Orientis ipsius Johannis in quibus
ipsum Paleare, que his finibus circumdantur a meri-
die sunt terre Monasterij S. Benedicti pariebe mediante.
ab Occidente sunt ipse cutes de Jenualdo. a Septen-
trione sunt terre ipsius Monasterij S. Viti, et predicti
Johannis, et sicut alij sunt confines item de terris, que
sunt in eisdem pertinentijs Poliniani in loco Plancarij
a curte videlicet vocata de Canapa quomodo vadunt
termites mercati et ripa, ~~de termitibus de Jenualdo~~
~~a Septentrione sunt terre ipsius Monasterij S. Viti~~
~~et predicti Johannis~~ in termitem usque ad bocam

ex parte Septentrionis, et ab ipso bocano vicus descendunt
pro pariete usque ad Curtes predicti Plancarij ex par-
te Orientis, et ab descendunt per viam publicam
que vadit de Caselliis ad ipsum Plancarium, et advolvuntur
pro pariete antiquo versus meridiem, que est quidam
ma et ferit usque ad termitem mercati
ipso pariete existente, et ab ferit ad termitem merca-
tam existentem in ipsa curte de Canapa, que his fini-
bus circumdantur. ab Occidente et meridie, sunt terre, Mo-
nasterij S. Benedicti, a Septentrione sunt terre, ipsius mo-
nasterij S. Viti, et vigui alij sunt confines. Item de terris
omnibus que sunt in loco Arinali, que his finibus conclu-
duntur. a parte maris sunt terre, ipsius Monasterij S.
Viti, a parte Orientis sunt Monasteri S. Benedicti vocate
del Dalfione, a parte Occidentis sunt terre Monaste-
rij S. Viti, et vigui alij sunt confines, quibus pariebus
terras tenent Johannes de Angelo, et Leo Frater ejus ra-
cione divisionis facte, cum eodem Monasterio S. Viti.

Item de terris omnibus in eodem loco Arinali, que sunt
a predictis terris ipsum parietem qui est in parte
meridiei usque ad terras S. Matthei, que sunt subtus
que his finibus concluduntur. a parte Orientis sunt
lame, terrarum ipsius monasterij S. Viti, ab Occidente
sunt curtes Jumentorum, a meridie sunt predicte ter-
re Ecclesie S. Matthei, et terre, ipsius Monasterij
S. Benedicti, a Septentrione sunt predicte terre, quas
tenent predicti Johannis Angeli, et Leo frater ejus.
pro divisione facta cum eodem Monasterio S. Viti, et
vigui alij sunt confines, et de terris omnibus parieti-
bus et petris fixis cintis, que sunt in loco de Dal-
fione juxta terras Monasterij S. Benedicti ex parte
orientis, meridici, et Septentrionis juxta terras ipsius
Monasterij S. Viti, ex parte occidentis et vigui alij sunt
confines quibus pariebus cingitur, Dalfioni ex
parte Occidentis, et quia idem Sir Angelus pro mo
requisitus in promulgatione hujus scripti

non potuit interesse presenti publico scripto fatemur in presentia Conti de Basilio Regij Polinianensis Judicis, Dompni Johannis Polinianensis Eccle Archipresbyteri, Dompni Stephani primicerij, Dompni Luce Primicerij, Iaconis Benedicti, Iaconi Nicolai Polinianensis Ecclesie Canonicorum, Angeli Judicis Nicolai Maraldoccij Sir Silvestri, Guillelmi de Aegulioso, comitis Iuliani de Bigonbo. Johannis Benedicti Scalgi. Saldani de Basilio, et Johannis Vicelli civium Polinianensium testium ad hec ad hoc specialiter vocati et rogati. Quod cum infra terminum in eodem compromisso apposito unaque prorogua, pro eorum partibus coram nostra presentia comparuissent testes de terris ipsis habebant coram nostra presentia presentarunt a quibus receptis de veritate dicenda corporali supra Sancta Dei Evangelia juramento ubraque parte presente et eorum juramento videntes, ipsos diligenter examinavimus de terris ejsdem, quorum testium depositiones, et dicta

in scriptis redigi fecimus, ac coram nobis ubraque pars instrumenta que habebant de terris eisdem infra eumdem terminum presentarunt. Nos vero uniuscujusque eorum jura nobis ostensa, ac testium depositiones inspicientes, atque legentes no et oculata fide respicientes locorum facies inter ipsas partes arbitrando, laudando, et amicabiliter componendo, sentenciando, adjudicando predictas terras, que sunt supra cubes de Jenualdo supra Palearium ipsius Johannis de Bisancio in parte Meridiei, que his finibus circumdantur a Meridie, a Meridie de pariete sunt terre ipsius monasterij S. Benedicti, ab Occidente sunt ipse Cubes de Jenualdo, a Septentrione sunt terre ipsius Monasterij S. Viti, et dicti Johannis. et sigui alij sunt confines inter terras que sunt in loco Arinali quas Johannes Angeli Conti, et Leo Frater ejus predicti tenent ratione divisionis facte in eodem Monasterio S. Viti, que his finibus concludunur

a parte Maris sunt terre ipsius Monasterij S. Viti, ab Oriente sunt terre ipsius Monasterij S. Benedicti que vocantur Dalfionus. ab Occidente sunt terre ipsius Monasterij S. Viti, et sigui alij sunt confines et terras que sunt in eodem loco arinali, que sunta prædictis terris quas tenent dicti Johannes et Frater paviete qui est in parte meridiei usque ad terras S. Matthei predicti, que his finibus concludantur, ab Oriente sunt lame ipsius Monasterij S. Viti. ab Occidente sunt terre que dicuntur Curtes Jumentorum, a Meridie sunt predicte terre ipsius Ecclesie S. Matthei, et ipsius Monasterij S. Benedicti. a Septentrione sunt terre ipsius Johannis et fratris quas tenent pro divisione facta cum eodem Monasterio S. Viti ut dictum est, et sigui alij sunt confines debere esse ipsius Monasterij S. Viti, et terras, que pariebus et patiis fixis cinguntur, que sunt in loco Dalfioni juxta terras ipsius Monasterij S. Benedicti ex parte Orientis, Meridiei

et Septentrionis, juxta terras ipsius monasterij S. Viti, et sigui alij sunt confines, quibus parietibus cingitur locus Dulfioni, ex parte Occidentis debere ipsius Monasterij S. Benedicti, et predictas terras que sunt in loco predicto Plancarij a curte videlicet vocata de canapa quomodo vadunt predicti termites mercati et ripa, de termite in termitem usque ad bocanum ex parte Septentrionis, et ab ipso Bocano sicut descendunt per parietem usque ad curtem de Plancario ex parte Orientis et abinde descendunt per viam que venit de Castellit ad ipsum Plancarium, et advolvunt per parietem antiquum versus meridiem in quo est quidam Manganus fractus, et ferit usque ad termitem mercatum ipsius parietis, et abinde ferit ad termites mercatos existentes in ipsa curte de canapa que his finibus concludantur ab Occidente et meridie sunt terre ipsius Monasterij S. Benedicti predicti, a Septentrione sut terre ipsius Monasterij Viti et

et sigui alij sunt confines debere dividi inter eosdem
partes per mediebatem, quam mediebatem unamque ipso-
rum partem divisam habeat per sposecclas et me
dictum videlicet Monasterium S. Viti habeat mediebа-
tem ipsarum terrarum de parte Occidentis. Et dicti
Monasterium S. Benedicti habeat mediebatem ipsarū
terrarum de parte Orientis, et ad memoriam subs-
rorum, et utrinsque partis cautelam facta sunt exinde
duo puplica consimilia instrumenta pręsens scilicet
ad habendum prędicta Abbatissa, et conventus dicti Mo-
nasterij S. Benedicti, et alterum prędicti abbatis et con-
ventus Monasterij S. Viti per manus mei prędicti Nicolai
Polinianensis Notarij. Signo meo solito signata, prędicto-
rum quoque Judicis, et testium subscriptionibus roborata.

Signum crucis propriæ manus mei qui supra Conbi de
Basilio Regij Polinianensis Judicis.

Signum crucis ✠ manus mei qui supra Dompni Johannis Archi-
presbyteri.

Signum Crucis ✠ manus Dompni Stephani Primicerij.
Ego Jaconus Benedictus testis sum
Ego Jaconus Nicolaus testis sum.
Ego Maraldiccius Sire Silvestri filius.
Guillelmus Regalius filius testabar.
Signum Crucis ✠ manus Corubi Juliani
Signum Crucis ✠ manus Johannis Scalgi
Signum Crucis ✠ manus Moldani de Basilio
Signum Crucis ✠ manus Johannis Vicelli.

75

N-70-II

1305

In Dei nomine. Anno ab ejus incarnatione millesimo trecentesimoquinto regnante
Dno nostro Karolo Secundo Dei gratia Jerusalem, et Sici-
lie, Rege, Ducatus apulie, et principatus Capue, provin-
cie, et Forcalquerij Comite, Regnorum ejus anno vice-
simoprimo mense martij die vicesimooctavo ejusdem ter-
tie indictionis apud Cupersanum. Jus exigit tam canon

civile, ut Ecclesiarum rectores sollicitudinem exigant
studij cum cautela ut bona Ecclesiarum commissa
eorum regiminj iugiter augmentare, et ea prorsus que
vacare noscuntur, et n.... proficuum, sive parvum aliquo
tempore colligitur de ejsdem. Nos Soror Adelina Dei
gratia humilis abbatissa Monasterij S. Benedicti de Cuper-
sano, et conventus ejusdem Monasterij Cisterciensis...
presentia Bado Dni Tipaldi Cupersanensis Judicis, Egidij
puplici ejusdem terre Notarij, Majonis de notio Stephano
quondam Judicis. Johannis Lyonis. Cambij, et Nicolai Notarij,
et Paschalis de Stephano ejusdem.... testium litterarum
ad vocatorum, et specialiter rogatorum coram quibus ex
antigua Regia consuetudine contrahere nobis licet tam Eccle-
siastice, dignitatis in quos conversimus tamquam in nostros
Judicem, Notarium et testes.... et certa nostra scientia
nostros non esse Judicem, Notarium, neque testes
nobiscum omnibus infrascriptis Nicolao de Manaldo de
Monopoli, nostro et ipsius Monasterij advocato presens...

puplico p..... declaramus quod cum dictum Monasterium
nostrum haberet tenebat, et possidebat extra Cupersanum
in loco Rondinelli in ejus pertinentijs intus in uno clau-
sorio parietibus cinto ejusdem Monasterij.... quabus ali-
quantas vineas cum terra in qua stant desertas, necnon
et quasdam terras vacua juxta eas cum arboribus pomoru
diversi generis deint quas olim Martinus Capriolus pre-
omi..... in ultimis constitutus legavit ipsi Monasterio,
de quibus parum utilitabis, et comodi dictum nostrum Mo-
nasterium anno quolibet tenebat, quia in majori parte
erant steriles, et inculte: volentes voluntate ipsius monas-
rij prospicere, et condictionem ipsius facere meliorationem.
Cum Magister Sarolus filius quondam Majonis de Sarolo
de quadam terra Cupersani peteret a nobis dictas vineas et
terras sibi concedere ad annuum censum ad meliorandas
condictionem monasterij Supradicti, taliter convenit no-
biscum ut sibi, et suis heredibus res ipsas concedere de-
beremus sub pactis, et condictionibus infrascriptis tali

modo et pacto quod vineas ipsas ad cultum reducere debent,
et quod hinc ad annos quatuor inantea numerandos cum
ipsis vineis plantabis ibidem adjungere debeant, et pasti-
nare de novo vineam unam quinquagenalem, et integram suis
expensis proprijs, et si in ipso termino annorum quatuor
dictus magister Sarolus, vel ejus heredes defecerint in pa-
stinando vineam supradictam, statim liceat nobis, vel suc-
cessoribus nostris dictas vineas et terras cum arboribus, et
cum tobo beneficio siquod ibi factum apparuerit per eundem
vel ejus heredes necnon et vineas proprias quas dictus ma-
gister Sarolus in eodem clausorio tenet et possidet dicti
Monasterium censuales ad Dominium et possessionem di-
cti nostri monasterij revocare omni questione cessante, de
quibus vineis quolibet anno dictus Magister Sarolus ~~solvere~~
~~nobis pro parte ipsius Monasterij in continentibus~~
~~pro recognitione Dominij unciam auri unam quo nobis~~
~~fieri complacentibus statim in~~ et ejus heredes servient
monasterio nostro predicto decimam vini musti exin-

de in tempore vindemie, et de terris ipsis
quotienscumque eas seminaverint servient similiter terra-
gium juxta usum et approbatam consuetudinem Cuperta-
ni, quod mustum et terragium ipsius ad cellarium ipsi-
us Monasterij deferent, seu per alios deferri facient
loco sui quod misit, et statim nobis dictus Magister Sarolus
solvere nobis pro parte ipsius Monasterij in continentibus
ipsis manibus pro recognitione dominij unciam auri unam.
Quo nobis fieri complacentibus statim in presentia
predictorum bona nostra, et gratuita voluntate stanti-
bus nobis cum predicto advocato concessimus, dedimus,
et tradidimus eidem Magistro Sarolo res predictas modo
et pacto superius denotatis, que his finibus confinantur
videlicet habet Orientem est clausurea olivarum cive na
relicte Stephanicai de Franco, et Episcopi Cupertani
pariete mediante. ab Occidente est terra communis
cum Paleario et palearium inter ipsum Monaste-
rium et predictum Magistrum Sarolum limitibus medijs

et fictis lapidibus similiter mediantibus a meridie est roba
pupplica, et terra Angeli dicti de Cabassano pariete
mediante, a parte vero maris sunt vinee predicti Magistri
Saroli ipsius Monasterij censualis fictis lapidibus et li-
mite mediante, ut de certo ipse et ejus heredes habeant,
teneant, possideant, et dominentur res predictas cum omni
quod infra habetur et continebur cum juribus per-
tinentijs, et utilitatibus suis cum introitibus et exitibus
suis usque in vias pupplicas faciant quod de eis, et in eis
quod voluerint pleno jure sine omni nostra nostrorum
successorum, omniumque hominum contrarietate, et requi-
sitione, tantum cum honore dicti census, a quo etiam
predicto Magistro Sarolo recepimus presentialiter pre-
dictam unam vineam videlicet in auro Tarinorum
duodecim et de reliquis tarinis decem
in toto dedit, et assignavit nobis in eodem Monasterio
lignam. vnius Molendini ejusdem Monasterij, cum
omni apparatu, et instrumentis suis, qua ipsorum Mon-

sterium indigebat. stebit etiam apparatus inter nos et pre-
dictum Magistrum Sarolum, quod si ipse vel ejus heredes
in premissis, vel aliquo premissorum defecerint, statim
componere debeant parti ejusdem Monasterij nomine
penes uncias auri duas et totidem curie. Unde
volumus in presentia Judicis, et Notarij et testium presti-
eborum nos que supra abbatissa et conventus dicti mo-
nasterij assistente nobiscum predicto advocato vadia
predicto Magistro Sarolo dedimus vollempni scripto
imposita nobis fide jubentibus eo tenore, ut nos et nostre
successores semper stemus in predicta concessione do-
tione et traditione nostra qualiter nominatur, et nun-
quam contraveniamus, set defensores proide fiamus
eidem Magistro Sarolo vel ejus heredibus ab omni hu-
mana persona. Contra quod si fecerimus obligamus nos
et nostras successores componere eis pene nomine uncias
auri quatuor, et totidem Curie, compedentibus qua pena
soluta vel non, presens concessionis contractus nihilomi-

nus in sua maneat firmitate. Renunciationes expresse, et
ex certa scientia omni jure scripto, et non scripto tam
canonico quam civili foro jure consuetudine exceptis
doli, mali, metus, et infacti, legi dicenti gualem immedia-
te non valere usibus, constitutionibus, et legibus quibus-
cumque, per que contra predicta venire non possemus.
districtis nobis ipsis obligatis et mediatis et nostris suc-
cessoribus, que eidem Magistro Savolo, vel ejus hereditu
licet dedimus pignorandi nos et nostras successores
per omnia bona ipsius monasterij licite, et illicite
sine calupnia, et appellatione donec predicta omnia
compleantur, In cujus rei testes et tam predicti Mo-
nasterij quam ipsius Magistri Saroli, cautelam facti
sunt exinde duo publica consimilia instrumenta, unum
penes dictum Monasterium habendum, et alterum
predictum dictum Magistrum Savolum retinendum.
scripta per manus mei predicti Egidij publici
Cupersanensis Notarij, signo meo solito signata,

nostrorumque sigilla Abbatisse, et conventus, Judicis et testi-
um subscriptionibus roborata.

Dato Dni Tisaldi Cupersanensis Judex.

Majo Nabus Stephani quondam Cupersanensis Judex

Ego Johannes publicus Cupersanensis Notarius.

Ego Lyanus publicus Cupersanensis Notarius.

Cambius publicus Cupersanensis Notarius

Ego Paschalis filius Stephani testis.

Nicolaus publicus Cupersanensis Notarius testabatur.

N. 99
1333

Anno Dominice Incarnationis. Millesimo tre-
centesimo tricesimo primo. Regnante Dno nostro
Roberto Dei gratia Illustrissimo Rege Jerusalem, et
Sicilie, Ducatus Apulie, Principatus Capue, Provincie
Forchalquerij ac Pedemontij Comite, regnorum ejus an-
no vicesimoquarto Mense Marcij die quintodecimo ejusdem
prime Indictionis apud Castellanu. Nos Petrus Mirardus

Castellani judex. Lucas pupplicus ejusdem terre Notarius,
et subsignati testes illitterati de eadem terra in
aliorum litteraborum ad hoc specialiter vocati, et rogati,
presenti pupplico scripto fatemur, nobis facimus et testamur,
quod accedente ad presentiam Reverende Domine, Domine
Sororis Marie, Venerabilis Abbatisse Monasterij S. Benedicti de Cuperi-
no, Dna ipsius terre Castellani nominate, pro parte
ipsius Monasterij invenisset Leonem Marci de Carampia
de eadem terra, qui Leo asseruit coram nobis dicens, quo
postquam humana conditio ex primi parentis lapsu
rerum mortalium assidue labi-
tur in peccato et in modico temporis spacio magnis delictorum
nexibus veliguntur, ad absolvendum igitur illorum vincu-
la, que delictorum catena constringit precipuum remedi-
um adhibuit humani generis reparator quo peccati
dissolvitur vinculum, et Imago deperdita, gaudia recuperat
Paradisi, ideirco precibus Leo volens anime sue, salutis in
hoc seculo promerere, et tanta paradisi gaudia possidere

per capillos capitis sui obtulit
se et personam suam et omnia bona sua stabilia et mobi-
lia habita et habenda, ubicumque existentia tam intus
in eadem terra Castellani, quam extra in toto Regno
Sicilie, cujuscumque speciei, seu generis sine ipso ad
Monasterium in manibus ejusdem Domine, Abbatisse, So-
roris Marie, promittens, et obligans se sollempniter, et
legitime esse subjectum ipsi Monasterio et facere
Domine, Abbatisse, suisque successoribus
facere et habi ma ipsius
Domine, Abbatisse, et successorum ejus obligans se per
et stipulationem sollemnem conser-
vare omnia bona sua stabilia et mobilia habita et
habenda pro monasterio supradicto, et hec omnia suo
sacramento firmavit, Et iamsi contrarium fecerint habea-
tur pro oblationem ipsam semper
et remanoravit idem Leo sicut laicus excepto dolo mali
metus et in poredictum instrumentum scripto, et non

scripto canonico, et civili conf
et
Longobardo beneficio et omni aliquo
auxilio et beneficio juris scripti et non scripti per quod
vel aliquid ꝺ posset contra predicta, vel aliquid pre-
dictarum unciarum VIJ. ad futuram memoriam, et ipsi-
us Monasterij commodum et cautelam facium est exemplum
presentis publici instrumenti scriptum per manus mei
predicti Luce publici Castellani Notarij Signo meo solito
signatum, subsignatione mei predicti Judicis, ac nostro-
rum subscriptorum testium subsignationibus robora-
tum. Quod Instrumentum scripsi ego predictus Lucas publicus
Castellani Notarius et predictis omnibus inter-
fui, et meo solito signo signavi.

Signum Crucis propriæ manus Petri Miravdi qui supra
Judicis scribere nescientis

Signum Crucis propriæ manus mei Angeli de Magistro
qui interfui scribere nescientis

Signum Crucis propriæ manus mei Bernardi qui

predictis interfui scribere nescientis

Signum Crucis propriæ manus mei Petri qui pre-
dictis interfui scribere nescientis

Signum Crucis propriæ manus mei Eustasij
qui predictis interfuit scribere nescientis

Signum Crucis ppiæ manus mei Angeli de qui
interfui, scribere nescientis

N. 105
1337

Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo Tre-
centesimo Tricesimo septimo regnante Dno nostro Dno
Roberto Dei gratia Illustrissimo Rege Ierusalem
et Sicilie Ducatus Apulie, et Principatus Capue Pro-
vincie, et Forchalquerij ac Pedimontis Comite re-
gnorum ejus anno Vicesimo octavo mense Octobris die
quartodecimo ejusdem quinte Indictionis apud Castel-
lanum. Ego Angelus filius quondam Nicolai Moha-
ste de Castellano presente publico scripto fabemur

et quod dum in Dei omnipotentia nomine de
quadam puella nomine Gemmafilia Angeli Spati de ea-
dem terra in facie Ecclesie, in matrimonio legitimo
sociavi in Ecclesia S. Leonij de eadem terra
sacerdotali et alijs connuptijs debitis sollemni-
tatibus statutis legitime cives alterodie
nostrorum, post nuptias autem amicos, vici-
nos seu parentes hostendo ac
coniugi mee, hunc libellum, qui est secundum
legem et consuetudinem gentis Longobardorum per quam
do et assigno tibi quartam partem omnium
bonorum meorum tam stabilium quam mobilium
ses quos jure habeo vel habiturus sum
cunctis diebus vite tue ut
a presentidie in antea, futuro tempore in
tua tuorumque heredum vit potestate et Dominio
habendi, et faciendi quicquid voluerites sine nostra et
nostrorum heredum et omnium hominum contradi-

tate et requisitione, quod scriptum est a
publico Notario, et a Stephano de Castel
lani Judice, Dompno Leone Cuavo Johanne Notario
Nicolao testibus roboratu
et ut idem nunc femina et
ejus heredes maneatis semper
rogavit Rogerium publicum Castellani Notarium
hunc libellum scribere, qui rogatus interfuit, atque
scripsit quidem libellum scripsi Ego Roger-
ius publicus Castellani Notarius qui predictis omni-
terium ubi eadem Abbatissa tam pro se, quam pro se
et nomine totius sui Conventus ejusdem Monasterij,
ostendit nobis, et publice legi fecit duo privilegia
quondam Domini Radulphi Legati in Regno Sicilie
de mandato quondam Sanctissimi Patris Domini Clementis
Pape Quarti, et aliud tertium privilegium quondam Sanctis-
simi Patris Dni Gregorij Pape Decimi recolende memorie
eidem suo Monasterio indultaque, vidimus et legimus non
vasa, non cancellata, non abolita, nec in aliqua sui parte
corrupta, omni vitio, et suspectione carentia, ac in prima
sui signa existentia. Petens humiliter, ut privilegium ipsa
. . . . . supra Judices judiciali auctoritate autenticari
et in publicam formam redigi fatemur, pro eo quia sua
interesse dicebat habere illa autentica et in publicam for-
mam transcripta ad probationem ex eis exinde tam in
jure, quam extra jus, tam in Romana curia, quam alibi
faciendam. originalibus ipsis . . . . . eam in eidem . . .
. . . derelictis. ne propter damna fabularque, imporun-
tibus accidunt, et propterea iarum discrimina, que volent fre-
quentius iter agentibus evenire, possint casu aliquo for-
tuito deperire. Cujus petitionem abpote justam, et juri
consonam admittentes, mandavimus predicta Egidio pu-

blico Cupersano Notario, ad privilegia ... Dno Abbatisse, Conventui, et Monasterij predicti Cantellam de verbo ad verbum nihil inde addito, vel minuto cautenicaret in publicam formam redigere, eisdem veriberet de fidei, qui predictis Notarius formam ipsorum privilegiorum diligenter amplecteas, privilegia ipsa de verbo ad verbum in publicam formam redegit, transumpta vit, et distincte prout inferius per singula declaratur in predicti pergameno transcripsit. Cujus primi continentia per omnia talis est. Radulphus Miseratione divina Episcopus Albanensis Apostolice Sedis Legatus dilecte in Christo filie Damiette Abbatisse Monasterij Sti Benedicti de Cupersana salutem in Dno. Instantia vestra cotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum existit, et illarum precipue que tedia vi- duitatis deplorant. Cum igitur Abbatiam Sti Benedicti de Cupersano, que ad tantam desolationem devenerat malitia predicti tenentis faciente, quod

nec Abbatem, nec Conventum, nec Religiosos aliquos habebat, qui ibidem Dno famularentur. De mandato Sanctissimi Patris Dni Clementis Pape Quarti Abbatisse, et conventui quondam Monasterij S. Marie de Verge Cisterciensis ordinis duximus in perpetuum concedendam, et etiam Ecclesiam S. Benedicti in civitate Polinian sitam, que fuit quondam Monialium, eidem Abbatie sancti Benedicti de Cupersano duximus unendam. Id quod quondam Abbatissa fuerat dicti Monasterij de Marie de Verge, de qua nobis Laudabiliter testimonium perhibetur, in Abbatissam preficimus Monasterij Supradicti, certam spem, fiduciamque tenentes, quod eadem Abbatissa predictam industriam spiritualibus, et temporalibus proficiet in ... Tolle igitur jugum Domini, et in caritate ipsius parendum tuis ipse gregem ejus, super quem noctis vigilias vie lecta sollicitaque custodi, quod in adeundo illum, locus non pateat invasori. Datum Brundusij. tertio Non. De

decembris Pontificatus Dñi Clementis Pape Quarti anno secundo. Item Secundi talis est. Radulphus + continentia
Miseratione divina Episcopus Albanensis Apostolice
Sedis Legatus venerabili fratri nostro .. Epo.
Polinianensi salutem et sinceram in Domino caritatem. Instantia vestra cotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum existit, et illarum precipue que viduitatis deplorant. Cum igitur Abbatiam Sti Benedicti de Cuperano, que ad tantam desolationem devenerab. malitia preteriti temporis facientes, quod nec abbatem, nec conventum, nec Religiosos aliquos habebat, qui ibidem Dno famularentur. De Mandato Sanctissimi Patris Clementis Pape Quarti Abbatisse, et conventui quondam Monasterij S. Marie de Verge Cisterciensis Ordinis Methonen Diocesis duxerimus in perpetuum concedendam, et etiam Ecclam S. Benedicti ibi Civitate Polinian sitam, que fuit quondam Monialium, eidem Abbatie Sctī Benedicti de Cuperano duxerimus uniendam. Discretioni vestre, qua fungimur auctoritate mandamus, quatenus ad dictam Abbatiam S. Benedicti de Cuperano personaliter accedentes, Abbatiam et conventum Monialium predictarum in corporalem possessionem dicte Abbatie S. Benedicti de Cuperano cum omnibus possessionibus, et juribus suis, et de Ecclesia S. Benedicti de Polinian cum juribus et pertinentijs suis personaliter inducatis, et inductas defendatis easdem, facientes dicte Abbatisse debitam obedientiam, et reverentiam a suis subditis exhiberi, et a vasallis predicte Abbatie sicut moris est juramenta fidelitatis prestari. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione ad nos interposita compescendo. Datum Brunduſij tertio nonas Decembris Pontificatus Dñi Clementis Pape Quarti anno secundo.. Item alterius tertij Papalis. Continentia talis est. Gregorius Epus Servus servarum Dei. Dilectis in Christo + peromnia

filiabus . . . Abbatisse et Conventui monialium monasterij S. Benedicti Cuperanensis, Cisterciensis ordinis salutem, et Apostolicam Benedictionem. Cum a nobis petitur quod petitum est, et honestum, tam virgo aquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat, quod vobis olim a monasterio vestro in partibus Romanie sito per Grecorum potentiam ac violentiam abjectis, monasterio quoque ipso destructo per eosdem Grecos totaliter, ac penitus desolato, ac vobis super hec ad Sedem Apostolicam recursum habentibus felicis recordationis Clementis Pape Quarti predecessor noster desolationi vestre, et sexui compatiens bone memorie Radulpho Episcopo Albanensi tunc in Regno Sicilie Apostolice Sedis legato suis sub certa forma dedit literis in mandatis, ut vobis de aliquo congruo in eodem Regno, et decenti loco providere curaret,

in quo honeste posetis vivere, et Deo devote famulari, sub observantia Regulari. Qui auctoritate literarum hujusmodi Monasterijs S. Benedicti in civitate Cuperan Regni vestri desolationi expositum, ac undique subjacens vastitati, ubi non erat abbas, vel abbatissa, neque persone aliique morabantur, nec ad longa tempora manserant retroactis cum omnibus juribus, et pertinentijs suis vobis assignare curavit, vosque per anulum vestrum investiens vobis providit de eisdem inibi sub regulari habitu, et observantia perpetuo moraturis. Ac etiam Ecclesiam S. Benedicti in civitate Polinian citam, que fuit quondam monialium eidem Abbatie S. Benedicti de Cuperano duxit cum omnibus juribus et pertinentijs suis perpetuo unienda[m] prout in literis legati ejusdem inde confectis, quoque sigillo munitis, plenius vidimus contineri. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem legato juste, ac provide factum est in hac parte ratum et gratum habentes, id auctoritate Apo-

tolica perpetuo confirmamus: et presentis scripti pagi-
cinis communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei
aura temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare
presumpserit indignationem Omnipotentis Dei et Bea-
torum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit in-
cursurum. Datum apud Urbem veterem quinto idus
Julij Pontificatus nostri anno primo. Et est in his
privilegijs sive literis Dni Legati predicti sigillum
ipsius domini Legati in cera rubea pendens in cordula
integra, et est sculta imago ipsius in eo, habens in manu
sinistra pastoralem, et dexteram elevatam, et duos flo-
res parvuli, unus a dextris ipsius imaginis, et alius a
sinistris, et circa ipsum sunt littere tales. B. Al-
dulphi Dei gratia Epi Albanensis. Item in predi-
cto privilegio Papali est Bulla plumbea ipsius Dni Pape
rotunda pendens in seta integra, ex una parte ipsius
sunt sculta duo capita, quorum unum habet frontem

calvam, et barbam prolixam, et super ipsum sunt littere
tales. S. Paulus aliud habet capillos crispos in fronte
et barbam crispam, et super ipsum sunt littere tales.
S. Petrus. Et inter unum caput et aliud est crux parva. Ite
ex alia parte ipsius Bulle sunt littere tales. Gregorius
Papa X. Que privilegia ab originalibus transcripta.
Ego predictus Egidius publicus Cupersanus Notarius
de mandato predictorum judicum, et subscriptorum
testium in presenti pergameno, sicut patet de verbo
ad verbum nihil addito, vel minuto, in formam
publicam redegi, autenticavi, et transcripsi, quo inde-
fici signo meo solito, et nostrum quod supra judicium
et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

Bado Dni Tispaldi Cupersan. Judex.
Ludovicus Sinibaldi Cupersan Judex
Aprio Ugolini Scopetini Cupersanus Judex.
Ego Johannes publicus Cupert. Notarius
Petrus Sambus publicus Cuper. Notarius
Nicolaus publicus Cuperti Notarius scribatur
Paschalis de Franco taxatur.
Ego Pitis Notar pub testis rum.

Gregorius Episc. Servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus .. Abbatisse, et Conventui Monialium Monasterij S. Benedicti de Cuperano Cisterciensis Ordinis salutem et Apostolicam benedictionem. Sacrosancte Romane Ecclesie devotas et humiles filias ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestijs agitentur eas tamquam pia Mater sue protectionis munimine confovere. Ea propter dilecte in Christo filie vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras, et locum in quo divino estis obsequio mancipate, cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum justis modis prestante Deo poteritis adipisci sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem terras, possessiones, redditus et alia bona vestra sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis vobis et per vos monasterio vestro auctoritate Apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis, et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei et beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum apud Urbemveterem III. Kal. Augusti. Pontificatus nostri Anno. primo.

Gregorius Episc. servus servorum Dei. Dilectis in Christo filiabus .. Abbatisse, et Conventui Monasterij S. Benedicti de Cuperano Cisterciensis Ordinis salutem et Apostolicam Benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica piis votis et honestis petentium precibus favorem benevolum impertiri. Ea propter Dilecte in Dno filie vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris

Romanis Pontificibus vive per privilegia seu alias indulgentias vobis monasterio vestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus, Principibus et aliis Christifidelibus rationabiliter vobis indultas, vicas eas juste, ac canonice obtinetis, vobis et per vos eidem monasterio auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Apostolorum Petri, et Pauli ejus se noverit incursurum. Datum apud Urbemveterem Idibus Augusti Pontificatus nostri anno primo.

118
Chart II
n 142

+ In Nomine Dni Amen. Anno Dni Millesimo Trecentesimo Septuagesimo quarto. Regnante Serenissima Dna Dna nostra Johanna Dei gratia Regina Jerusalem et Sicilie, Ducatus Apulie, et Principatus Capue, Provincie et Forcalquerii et Pedemontis Comitissa, Regnorum ejus anno Trigesimo Secundo Mense Novembris die [illegible]mo Sexto ejusdem Duodecime indictionis. Cupersanini Petrus Johannis Fanarie de Cupersano Baiulus Johannes Nicolai Siri Goffridi Annalis + Judex Angelus de Archidiacono publicus per provinciam Terre Bari, terre [illegible] pronti [illegible] Regiali auctoritate nius, et subscripti literati testes de eadem Civitate Cupersani ad hoc specialiter vocati et rogati presentis publica scripto fatemur atque testamur. Quod presenti pto die Jacobus Andreas ad nostram presentiam Venerabilis Dnus Frater Petrus Abbas de Scharilleriis, Cisterciensis Ordinis Frecurisis Commissarius Dni Pape [illegible] positibus Cisterciensis Ordinis [illegible]

+ civitatis

+ Cupersan

Regno Sicilie, et aliis partibus, ac Insulis
et vicinis, ut dixit respondit nobis et Simonio de Cu-
stario de Castello procuratori generali Monasterij S.
Benedicti de Capersano et publico legi facit Quar-
dam literas patentes Papales sigillatas cum Bulla plum-
bea pendente, quas vidimus, legimus, ac legi facimus
diligenter, et erant per omnia veris et non viciatis
subreptionis. Gregorius Episcopus Servus Servorum dei,
Dilectis filijs universis collectoribus, et subcollectori-
bus fructuum et proventuum Camere Apostolice de-
bitorum ubilibet constitutis salutem et Apostolicam
benedictionem. Debentes onera et gravamina, que
Cisterciensis ordo, ejusque persone hactenus sub-
stinebant, et adhuc substinent circa diminutio-
nem proventuum eidem ordini per nonnullas in
quibus dictus ordo Camere nostre Apostolice ratio-
ne Triennie per predecessores nostros Romanos
Pontifices hactenus imposite, debentur, et etiam

omnia et singula, et ad que ipse antea predicta trica-
sima teneri poterat, nec non eundem, et singulos, procu-
rationes per nos dumtaxat impositas, et propter per-
sonas ejusdem ordinis debitas, nec non spolia, sive bo-
na Abbatum, et aliarum personarum dicti ordinis + abbatisse
que antea migrarunt et quarum bona
et ipsarum abitus erant dispositioni Apostolice
reservata, eidem ordini relaxamus per presentes.
Ita tamen quod si compromissa aliqua jam sint soluta,
seu levata, aut recepta, illa per gentes dicti ordinis
repeti negueant, seu etiam defalcari, et nihilomi-
nus volumus, et ordinamus per presentes quod per
duos annos continuos a festo Apparitionis Beati Mi-
chaëlis proximo preterito inchoandos quod predi-
ctum ordinem et ejus personas cessent omnes procu-
rationes, et alia quecumque subsidia sint, sive den-
tur, seu alio quovis nomine exigantur pro dicta
Camera Apostolica jam forsan imposita, vel infra + etiam

119

duos annos imponenda, nec persona ipsius ordinis, aut dictus ordo ad solvendum aliquid predicte Camere, aut alicui ejus nomine de hujusmodi duobus annis pro procurationibus aut alijs subsidijs compellantur. Et si secus actum fuerit ad irritum sit, et inanica pro hac parte non intendimus ipsos a solutione censuam, sicut nobis aut Romane Ecclesie solvere tenentur liberare vel ipsos census persolvi volumus in terminis consuetis. Quo circa discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus commissionem voluntatem et ordinationem nostram hujusmodi debite observantes personas dicti ordinis circa tenorem presentium, nullas molestetis. In hoc taliter habentes quod de exactione indebita neque abis reprehendi, sed de bone obedientie promptitudine merito quam dari possitis. Datum In Kal. Decembris Pontificatus nostri anno 1.

cundo. Verum quia Dominus Simon procurator prefati monasterij S. Benedicti ad sui, et dicti Monasterij S. Benedicti, et quorum interest, et interfuit in firmam certitudinem et cautelam requisivit nos nominatum qui supra bajulum in Cupervan, et nostrum officium implorando, ut predictas literas transcriberemus, autenticaremus, et in formam publicam redigeremus, nos vero ipsius petitionibus ut pote justis requisitionibus inclinati, eo maxime quia non possumus, nec debemus nostrum officium quod est publicum denegare, predictas literas fidelite de verbo ad verbum nihil in eis minuto, mutato, addito, vel subtracto, quia invenimus eas non oblitas, non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte vitiatas, omni prorsus vitio, et suspicione carentes, et in prima sui figura existente, interveniente predicti bajuli transcripsimus, transumptavimus, publicavimus, et in presentem publicam formam redegi-

170

mus, de quibus quidem literis per nos, ut moris est, transcriptis transumptatis, publicatis, auctenticatis, et in publicam publicam formam redactis pretens. transumptum publicum per nos exemplum fecimus esse scriptum per manus mei predicti notarij Angeli, signo nostro solito signavi, subscriptionemque mei qui supra bajuli ... vestiente sigillo et subscriptionis predicta Dni Abbatis Petri, nec non sigilli et subscriptionis predicta Judicis infrascriptorum testium subscriptionibus roboratum. ... Nos qui supra Frater Petrus Abbas de Vigillariis predicta fatemur vera esse, et in signum hujus sigilli nostri presentibus apponimus ...

Pregorius
Johannes Nicolai Siri Goffridi Cupersanus judex
Ego Johannes Archipresbyter cupersanus testis sum
Ego Dopnus Antonius Nicolai de Spena testis sum
Nicolaus Egidij Notarius testatur
Ego Frater Petrus Monachus monast. S. Martini de Cupers. testis sum
Ego Dnus Benedictus de Fasano testis sum
Nicolaus Dni Dominici testatur.

6

Martinus Episcopus Seruus Seruorum Dei Venerabili Fratri Archiepiscopo Tarentin. salutem et Apostolicam Benedictionem Sacre Religionis sub qua dilecte in Christo filie Abbatissa et Conuentus Monasterii Sancti Benedicti Cupersan. Cisterciensis Ordinis jugo salutaris obedientie manciparunt deuotum et sedulum exibent altissimo famulatum promeretur honestas, ut uotis earum illis presertim per que ipsarum et dicti Monasterii commoditatibus consulitur quantum cum Deo possumus fauorabiliter annuamus. Cum itaque sicut exibita nobis nuper pro parte dictarum Abbatisse et Conuentus petitio continebat dictum Monasterium propter mortalitates et guerras, ac alia discrimina et calamitates que partes illas diucius afflixerunt, adeo deterioratum, et in suis fructibus ac redditibus diminutum existat, quod Abbatissa et Conuentus predicte ad perferenda eis incumbentia onera, et presertim ad soluendum pro decima quinque Uncias Carlenorum aliquas dictum Monasterium antiquitus taxatum, exhibere sint penitus impotentes pro parte earundem Abbatisse et Conuentus no-

tis

bis fuit humiliter supplicatum, ut eis, et earum statui vu-
per hijs oportune prouidere de benignitate Apostolica digna
remur; Nos igitur certam de premissis notitiam non habentes
huiusmodi tamen supplicationibus etiam consideratione directe
in Christo filie Anne de Columna Principisse Tarentin nobis
pro eisdem Abbatisse, et Conuentu super hoc humiliter sup-
plicantes benigniter inclinati fraternitati tue per Apostolica
scripta mandamus, quatinus de eis omnibus auctoritate nos-
tra diligenter informes, et si per informationem huius-
modi inueneris ita esse super quo tuam conscientiam one-
ramus taxam. Decimarum unciarum huiusmodi ad unam dum-
taxat similem unciam pro ipsas Abbatissam, et Conuentum
quotiens ipsam decimam pro tempore imponi, et exigi contige-
rit pro totali pertinegra ipsius Monasterij decima de cetero
persoluendam, eadem auctoritate modifices diminuas, et reda-
cas. Ita ut ex tunc pro illa alterius unciam unciam huiusmodi
quidquam ipsi vero minime teneantur nec ad id a quoquam
inuite valeant coarctari. Non obstantibus prioris taxe predic-
ta

ta ac constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, necnon
Statutis, et consuetudinibus Monasterij, et Ordinis Predicatorum,
etiam iuramento confirmatione Apostolica uel quauis firmi-
tate alia roboratis ceterisque contrarijs quibuscunque. Nos enim
ex nunc irritum decernimus, et inane quicquid in contrarium
super hijs a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoa-
ranter contigerit attemptari. Datum Rome apud Sanctos
Apostolos Tercio, idus Nouembris Pontificatus Nostri Anno
Undecimo.

Ioannes Archiepiscopus Diuina Archiepiscopus Tarentinus Notum
facimus Vniuersis et Singulis presentes nostras Literas inspe-
cturis tam presentibus quam futuris, quod nouimus die Sabbati vi-
gesimo preteriti Mensis Maij proximi preteriti presentis Anni
octaue indictionis, dum nos Sedentes pro tribunali, intus In nro
Archiepiscopali Palatio residentiam nostram presentium discretus nobis
in Christo filius Venerabilis, et honestus vir Dominus Ioannes

Petri de Alexio de terra Castellane Procuratoris Venerabilium le-
gitimarum et honestarum Personarum Domine Abbatisse et
Monialium Ciuitatis Cugersani Monasterij Sancti Benedicti
Cisterciensis Ordinis de Cuius procuratione nobis, et Nostre
Curie plene et euidenter constitit per quoddam publicum In-
strumentum omni, quo decet solemnitate uallatum, non obli-
tum, non abrasum, non cancellatum, nec in aliqua sui par-
te Suspectum, sed omni prorsus uicio, et suspectione carens
quod uidimus Legimus, Lege audiuimus, et inspeximus, di-
ligenter Scriptum quidem per manus Notarij Christofari,
Notari Ioannis, iudicis Stefani de dicta Ciuitate Cugersa-
ni publici totum Regni Sicilie Regiuali auctoritate No-
tarij Signo Suo signatum subscriptione uero Iudicis Nicolai
Mathei Petrusini Annalis iudicis eiusdem Ciuitatis Cu-
gersani, et Nostri nullorum testium in nostro sufficentibus
gruis, et subscriptis. roboratum actum in eadem Ciuitate
Cugersani sub anno Dominice Millesimo quatrogentesimo tri-
gesimo regnante in regno Serenissime Domine Domine

nostre Joanne Secunda Dei gratia Vngarie Ierusalem et
Sicilie Regina Regnorum uero eius Anno Sexto decimo fe-
liciter Amen, et de Mense Maij die septimo decimo eiusdem
Mensis presentis Anni octaue Indictionis, et erat autem dictum
Instrumentum habens in capite Signum Venerabilis Sancte
Crucis in quo continebatur, ac continetur quatuor predicte
Domine Abbatisse, et Moniales dicte Ciuitatis Cugersani à
Monasteri predicti in unum congregati ad Sonum Campa-
nelle intus in eadem Ecclesia Sancti Benedicti cum consen-
su, et uoluntate Monialium dicti Monasterij et prefate Moni-
alis cum uoluntate, et auctoritate Domine Domine Abbatisse
sibi, et inuicem consensum, et auctoritatem prestantes Domi-
ne Domine Abbatisse, et Moniales predicte animaduer-
tentes non posse personaliter ad ciuitatem habentes acce-
dere, seu ad alium Locum ubi non personaliter inuenerit pro
grauia pericula, et ruinam honestatis ideo
de fide Sufficentia industria, et legalitate Iuge ad Domi-
mini Ioannis assumpsoque in hoc predicto Domina Ab-

barissa, et Monialibus consultorem, et advocatum [illegible]
nec causa honoris Ecclesiastici dignitatis Diacono Anto-
nio Judicis mady de eadem Civitate Cupersani ut in hys ta-
libus ageret consilium, daret, et parceret consilio rem pre-
dicti Monasterij, et Monialium meliorem voluntario Jo-
lemniter Legitimo, et espresse in presentia predictorum
Judicis, Notarij et testium instituerunt fecerunt, et solemni
ter ordinaverunt Dominum, et pro parte dicti Monasterii, ue-
rum certum et indubitatum Legitimum Procuratorem Jo
nomine, actorem, factorem, Defensorem, et Negociorum ges
torum, ac Nuntium specialem, et generalem habentesque in
dicto Instrumento dictus Dominus Joannes ad omnia et sin
gula predicta, et infrascripta plena potestate pro ut hec et
alia in dicto Instrumento vidimus plenius, et seriosius con
tinetur, et nobis sit ostantibus audientibus cuidentibus, et in
telligentibus. ipse prefatus Dominus Joannes Procurator pro-
curatorio nomine quo supra ostendit, et presentavit nobis.
ac publice Legi fecit quasdam patentes, bullas, in carta-
membrana scriptas cum bulla plumbea pendente cum sericis, seu
cordellis canapineis pendentibus in eadem bulla Sanctissimi in
Christo Patris, et Domini Nostri Domini Martini divina providentia
Pape Quinti pro ut per caracteres et scripturas ipsius bulle
exinde nobis dare apparebat nobis, ex inde directas et trans
missas per ipsum Dominum Nostrum Summum Pontificem
non obsitas, non abrasas, non cancellatas non viciatas, nec in
aliquo earum parte suspectas, sed omni prorsus vicio et sus
picione carentes quas vidimus, legimus, lege audivimus
legi fecimus, et inspeximus diligenter, et erant pro omnia te-
noris, et continentie subsequentis. Martinus Episcopus Ser-
vus Servorum Dei Venerabili fratri Archiepiscopo Tarenti-
no Salutem, et Apostolicam Benedictionem. Sacre Religionis
vigor quia dilecti in Christo filij Abbatisse, et Conventus Mo-
nasterij Sancti Benedicti Cupersani Cisterciensis ordinis su-
go salutaris obedientie jugo jugiter subiecti devotum, et laudabi-
lem exhibent altissimo famulatum, promeruerunt honestas, ut nos ea-
rum illis presertim per que ipsarum, et dicti Monasterij

com-

commodi tatibus consulitur quantum cum Deo possumus favo=
rabiliter annuamus; cum itaque dilecti exhibita nobis nuper pro
parte dictarum Abbatisse et Conventus petitio continebat di=
ctum Monasterium propter mortalitates, et guerras, ac alia de=
crimina, et Calamitates, que per partes illas diuersis affixerunt
adeo deterioratum, et suis fructibus, ac redditibus diminu=
tum existat, quod Abbatisse, et Conventus prefate ad per=
ferenda eis incumbentia onera, et presertim absoluendum
pro decima Quinque uncias Carlenorum ad quas dictum
Monasterium antiquitus taxatum extitit sint penitus im=
potentes pro parte earundem Abbatisse et Conventus nobis
fuit humiliter supplicatum, ut eis et earum statui Su=
per his opportune prouidere de benignitate Apostolica
dignaremur. Nos igitur certam de premissis notitiam
non habentes huiusmodi tamen supplicationibus eisdem
consideratione dilecte in Christo filie Annexe de Columna
Principisse Sarentine nobis pro eisdem Abbatisse et Con=
uentu super hoc humiliter supplicantis benignius inclina=

ti fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus quatinus de
eis omnibus auctoritate nostra te diligenter informes, et si per infor=
mationem huiusmodi inueneris ita esse Superquo tuam conscien=
tiam oneramus taxam Quinque unciarum huiusmodi ad unam
Cum taxat Similem Unciam per ipsas Abbatissam, et Conuentum
quotiens ipsam Decimam pro tempore imponi, et exigi, contin=
gerit pro totali, et integra ipsius Monasterij Decima de cetero
persoluendam eadem auctoritate moderes diminuas, et re=
ducas, ita ut ex tunc pro illa ultra unam Unciam huiusmodi
quidquam soluere minime teneantur, nec ad id a quoquam
inuite ualeant coarctari. Non obstantibus prioris taxe pre=
dicte ac constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec
non statutis, et consuetudinibus Monasterij et Ordinis pre=
dictorum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, uel qua
uis firmitate alia roboratis ceterisque contrariis quibus cun=
que. Nos enim ex nunc irritum decernimus, et inane quidquid
in contrarium super his a quoquam quauis auctoritate scien=
ter uel ignoranter contigerit attemptari. Datum Rome apud

Sanctos Apostolos tertio. idus Nouembris Pontificatus Nostri
Anno. undecimo. Et erant etiam in dictis bullis hec scripture.
seu signa interius, et exterius prò ut subterius particulariter
adnotantur quas quidem bullas recepimus cum omni qua debuit
reuerentia super eaqut, et uolentes, et cupientes cum omni qua
decet obedientia obedire supradicto Domino Domino. Summo
Pontifici. eo iussus mandatis dicti predicto sit sedente) prò tri-
bunali geren. et nostram Curiam prefixus fuit eidem Domino
Joanni Procuratori quibus supra nominibus certus terminus peren-
torius ad ponendum, et prosequendum contenta seu expressa in bullis
earn. dicto infra quem quidem terminum dictus Dominus Joan-
nes Procurator nominibus quibus supra citari fecit dc nostro
nostreque curie mandato uocari testificatos Clericos, et Laicos
idoneos, et fide dignorum de Ciuitate Cupersani ciues quidem
de Ciuitate Sarentini quam etiam de Castellana terra, quiquidem
testes sic ut predicti citati uocati in Judicio coram nobis com-
parucrunt, et de Lato prius eis, et unicuique ipsorum iuramen
to de ueritate dicenda datis per eos, et unumquemque ipsorum
sacrosanctis scripturis iuramentum ad sancta dei Euangelia dicere
ueritatem supra tenorem dictarum Bullarum prefati dicti Domi-
no Joanne Procuratore nominibus quibus supra eos producente quo-
quidem testes examinatos diligenter in secreto loco prout iurauerunt
et mandatum est motum quidem singillatim precedo ab eis, et ipsorum
quolibet de causa scientie, loquer tempore, et aliis circumstantijs op-
portunis prò ipsorum testium dicta, et depositiones clare euiden-
ter, ac manifeste, et aperte nobis, et nostre Curie constitit Mo-
nasterium predictum propter mortalitates, et guerras, ac alia
deterimina, et calamitates que passus ibat diutius afflixe-
runt adeo desertorum, et in suis fructibus, ac debitis diui-
num existat propterea quod ecclesia, et Conuentus pre-
fate Ecclesie ad perferenda eos incumbentia onera, et pre-
sertim ad soluendum prò decima quinque florenos Parlenorum
ad quos dictum Monasterium nouiter taxatum extitit, sunt
penitus impotentes, ita et taliter quod uix possunt earum in-
genti defendere uitam, nisi prodigy domorum suis, et subditis de
iuuamento ipsa ecclesia, et predicti Monialis cum dicto

Mon-

Monasterio sub regula et habitu communiter viuant viginti duo
Moniales, et alie Persone, que ascendunt in numero quadragin=
ta Personarum demum vero die vigesimoquarto Mensis July
predicti anni octaue indictionis dictus Dominus Joannes Pro=
curator nominibus quibus supra denouo comparuit coram no=
bis, et nostra Curia, et petijt instanter, et instantissime, ac
humiliter supplicauit pro nos, et nostram Curiam ad actio=
ra procedi debere, prout fuerit rationis. Nos uero uidentes di=
ctum Dominum Joannem duasta petere, et iusta petentibus non
est denegandus assensus, eo maxime quia nobis per exposto=
rem Sedis predicte sic iniungit, et mandat auctoritate nobis tradi=
ta, et concessa per supradictum Dominum Dominum Summum
Pontificem, et diligenter nos informato de omnibus singulis su=
pradictis, ut superius dictum est habitoque super hoc plena
cum deliberatione matura, et consilio diligenti die scilicet
vigesimo quarto predicti Mensis July pro tribunali sedentes
in Nostro Archiepiscopali Palatio dicta decimam dictarum
unciarum quinque Cartenorum ad unciam duntaxat similem

unciam

vnciam per ipsum Abbatissam, et Conuentum quotiens quam de=
cimam pro tempore imponi, et exigi contingat prout dicti, et
integre ipsius Monasterij decime de cetero perpetuandas
eadem auctoritate modificamus, diminuimus, et reducimus,
mus, ita ut extunc pro illa ultra unciam vnciam huiusmodi
quidquid soluere minime teneant, nec ad id aliquatenus inue=
niant coarctari non obstantibus priori, bas. predicte ac con=
stitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec non statutis
et consuetudinibus Monasterij, et Ordinis predictorum, etiam
Iuramento confirmatione Apostolica vel quauis firmita=
te alia roboramus ceteris quibuscumque contrarijs quibus=
cumque ex
mune irritamus, et annullamus, et inanes cuius cui testimonij
et predicti Monasterij, ac omnium quorum interest, et poterit interesse
inde interesse, et poterit interesse ea in futurum, et Cau=
tam presentes nostras Litteras. Pro ex inde fieri feci=
mus per manus Dominici Jacobi Scriptoris de Sarento
Apostolici Notarij, Signo suo solito signatas subscriptione
propria manus nostre, et magno Pontificali nostro sigillo

gendeni iusserimus Communiri. Datum Darenti in Nostro Archiepiscopali Palatio decimo sexto Mensis July octaue Indictionis Sub Anno Dominj millesimo quatrocentesimo tricesimo Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini Domini nostri Domini Martini ydonea providencia Pape Quinti Anno tertio decimo. Regnante vero nostri Anno decimo. Presentibus ceteris una nobiscum venerabili viro Abbate Nicolao de Acerano Archidiacono Darentino Apostolico Notario, qui in omnibus, et singulis supradictis dictis rei gestis modo premisso per nos vocatus, et rogatus interfuit ipsaque manu propria subscripsit, et suo solito signo signauit, necnon et prefato Domino Jacobo scriptori ipsarum Literarum, et debitis infrascriptis per nos ad id vocatis, pariter et rogatis superius autem in sexta linea ubi legitur adiecta et alibi in nona linea ab eodem principio numerando ubi legitur scripta plena protestatione rasum rescriptum

gium, et emendatum apparet non noceat quia ego idem Dominus Jacobus ut predictus Notarius ipsum abrasi, rescripsi, et emendaui non ritio sed quia casualiter erraueram in scribendo.

Joannes Archiepiscopus qui supra dubitorem fidem manu propria subscripsit.

Abbas Nicolaus de Acerano Archidiaconus Darentinus, et Publicus auctoritate Apostolica Notarius per supradictum Dominum Dominum Archiepiscopum in supradictis vocatus et rogatus interfui ipsaque mea propria manu scripsi, et consueto signo signaui.

Ego Dominus Jacobus Scriptus de Darento Publicus auctoritate Apostolica Notarius in omnibus, et singulis supradictis vocatus, et rogatus interfui ipsaque literas manu propria scripsi, et meo consueto signo signaui.

Ego Abbas Joannes de Castello de Darento.
Ego Honorius de Juncata de Darento
Ego Notarius Sixtus de Briando de Darento ad predicta interfui.

Notarius Bernardus Bonamicus de Darento Sicuti hoc gradicti Domini Domini Archiepiscopi de Darento recognovit et narravit gradicti fatetur.

Ego Dominus Antonius Judicis Bari de Darento testis

Ego Magnus Joannes Marcellatus de Darento testis

Ego Logisius de Maromonte de Darento testis

Ego Nicolaus de Procarijs de Darento testis

Exterius autem in dicta bulla erant has Scripturas

℔ ℟ de Domacellis ⅂ ⅂ ⅂ pro Cincio

Interius vero has Scripturas ℔ Aps. A. fidelitas

℟ Cossel. Cincius

Sixtus Epus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri Epo Conversan. Salutem et Apostolicam benedictionem. Apostolice Sedis circumspecta benignitas personarum sub religionis habitu altissimo famulantium ad eam reverentium statui benigne consulere, ac earum vota ad exauditionis gratiam favorabiliter admittere consuevit. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte Sancte Abbatisse, et conventus Monasterij Monialium S. Benedicti Casperian Romane Ecclesie immediate subiecti ordinis ejusdem Sancti petitio continebat, quod licet Collectores fructuum et proventuum Camere Apostolice in partibus illis debitorum, qui pro tempore fuerunt, voluerint fuerint potestatem ab eis anno qualibet unam Uncinam monete illarum pro tempore cursum communis pro fata Camere debiti ex dicto Monasterio, et intellecta per eas ipsius Monasterij proventus Decem Ducatos similis monete, dum taxat pro casu

hujusmodi ab eis recipere, et ad ultra solvendas eas non compellere aut molestare, nihilominus dilectus filius Moderatus Archidiaconus Ecclesie Nocerinus eorundem fructuum et proventuum in partibus illis subcollector, quia dicte Abbatisse et conventus pauperitate gravate unam Unciam monete hujusmodi rationi dicti census per ipsum Archidiaconum petitum solverant Abbatissam et singulas moniales dicti Monasterii excommunicationis sententia innodavit, ac Monasterium ipsum Ecclesiastico supposuit interdicto, ipse vero Abbatissa et moniales per aliquos menses postmodum alteri subcollectori per Venerabilem fratrem nostrum Modernum Episcopum Alapolan in ejusdem partibus collectorem fructuum et proventuum earundem deputatum decem Ducatos pro censu predicto solverunt, et sub hujusmodi censu et interdicto nihilominus remanserunt, et permanent de presenti. Quare pro parte earumdem Abbatisse et conventus nobis fuit humiliter supplicatum ut ipsas a predicta excommunicationis sententia absolvere, et interdictum predictum relaxare, eisque quod de cetero perpetuis futuris temporibus, durante earum pauperitate unum Ducatum auri de Camera dumtaxat ratione dicti census solvere teneantur, et ad ultra solvendum compelli non possint concedere, et omnem quantitatem ad quam census hujusmodi eisdem possibis in exemptionem earum ultra Ducatum hujusmodi ascenderet pro preterito tempore eis gratis remittere, et largiri, aliasque eis et earum statui in premissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus constito dicti Monasterii pauperitate hujusmodi, et aliis premissis veritate Abbatissam et moniales singulas de illo humiliter petierint, ab hujusmodi excommunicationis sententia auctoritate

ritate nostra hac vice dumtaxat absolvas, et absolutum predictum tollas, et relaxes in forma Ecclesie consueta, injungendo eis pro modo culpe penitentia salutari, et alijs, que de jure fuerint injungenda, eisque quod de cetero donec redeant ad pinguiorem fortunam, quod unum ducatum auri de Camera dumtaxat, etenim ultra solutionem dicti census solvere teneantur, et ad ultra solvendum compelli non possint eadem auctoritate concedas non obstantibus premissis, ac Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque contrarijs quibuscumque. Nos enim ut absolutionem et remissionem hujusmodi poterit virgo presentium fieri contigerit ut preferatur Abbatisse et Conventui predictis omnem gratitudinem ad quam census predictos eis imponibus in exemptione predicta ultra unum ducatum auri de camera preterito tempore auctoritate Apostolica remittimus largimur et donamus. Dat. Rome apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo quarto. Octavo Idus Novembris Pontificatus nostri anno Quarto.

Ita B. Policinus

Ad de Sole ... Expd. F. de Gualdis Vicecancellarius

A. Guadagnolus ... Jo. De Buncabellis

I. Guarnerius

Paulus Episcopus Servus Servorum Dei Dilecte in Christo filie Sancie Abbatisse Monasterij S. Benedicti de Conversano Ordinis ejusdem Sancti Salvatoris et Apostolicam benedictionem. Devotionis tue sinceritas piis meretur ut votis tuis in hijs precipue que ad animarum tuarum salutem tendere videntur grato concurramus assensu. Hinc est quod nos tuis devotis supplicationibus inclinati, ut sacerdotem idoneum secularem, vel regularem in tuum

possis eligere Confessorem, qui confessi diligenter audita pro commissis per te criminibus, excessibus, et peccatis etiam in singulis sedi Apostolicæ reservatis eisdem, præterquam offensæ Ecclesiasticæ libertatis, violationis, interdicti ab eadem Sede impositi criminum hæreseos cujusvis offensæ, inobedientiæ, seu rebellionis, aut conspirationis in personam vel statum Romani Pontificis seu Sedem Apostolicam ac invasionis depredationis, vel occupationis, aut devastationis terrarum Romanæ Eccle mediate vel immediate subiectarum, publicidij offensæ, personalis in Episcopum, vel alium prælatum, ac etiam invasionis rerum peteorum, seu quarumcumque aliarum ad Romanam Curiam venientium prohibitionis devolutionis causarum ad dictam Curiam, delationis armorum, et aliarum prohibitorum ad partes infidelium importationis novarum onerum realium, vel personalium Ecclesiis et Ecclesiasticis personis Simoniæ, vagen ordinibus vel benefitijs adhærendis in eadem Curia, vel extra contracte et generaliter in casibus contentis in bulla quæ consuevit in die Cœnæ Dni per prædecessores nros Romanos Pontifices publicari, semel dumtaxat debitum tibi absolutionem in forma Ecclesiæ consueta impendere et pœnitentiam salutarem injungere valeat. Et insuper quod Confessor prædictus, vel alius quem duxeris eligendum omnium peccatorum tuorum, de quibus corde contrita, et ore confessa fueris etiam semel dumtaxat in mortis articulo plenam remissionem tibi in sinceritate fidei Unitate Sanctæ Romanæ Eccle ac obedientia, et devotione nostra vel successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium persistentibus auctoritate Apostolica concedere valeant devotioni tuæ tenore præsentium indulgemus. Sic tamen quod idem confessor de his, de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda eam

ubiquerto si vixeris vel per alios si forte tunc
voluerit faciendam injungat, quam tibi sic illa facere
tenearis ut presentium. Et ne quod absit propter hu-
jusmodi gratiam vix aut reddaris proclivior, ad illicita
imposterum committenda decerninus, quodsi ke-
benus in nos vel predecessores nostros Romanos
Pontifices, aut in eorum mandatorum contempti
seu in dicte Regis vel Ecclesiastice libertatis of-
fensam aliqua commiseris, aut ex confidentia remis-
sionis hujusmodi alia forte committeres quo ad illa
predicta remissum nullatenus suffragetur. Quodque per unum
annum a tempore quo presens nostra concessio ad
tuam pervenerit notitiam computandum singulis ex-
tra ferijs impedimento legitimo cessante jejunes. Et
si predictis ferijs ex precepto Ecclesie regulari
observantia injuncta penitentia voto vel alias jeju-
nare tenearis. Una alia die singulorum Quatuor-
rum temporum Quam quo ad jejunandum ut premittitur

non sis stricta jejunes, et si in dicto anno velim pote-
ris legitime impedita anno sequenti, nichilo-
minus primum poteris modo simili supplere hujusmodi
jejunium tenearis. Verum si forsan alias prelibatum
jejunium in toto vel in parte quomodocumque ad im-
plere commode nequiveris eo casu Confessor tuus pre-
dictus jejunium ipsum in aliis pietatis opera commu-
tare valeat, prout anime tue saluti viderit expe-
dire, que tu pari modo debeas adimplere, alioquin
presens nostra concessio, quo ad plenam remissionem
hujusmodi dumtaxat nullius sit roboris, vel momen-
ti. Volumus insuper quod si alias tibi a nobis vel pre-
decessoribus nostris Romanis Pontificibus consimiles
litere forsan concesse sint, nec ille, nec etiam presen-
tes quo ad predictos exceptos casus, vel quo ad abso-
lutionem de reservatis ultraque semel obtinendam
tibi aliquatenus suffragentur. Nulli ergo omnino
hominum liceat hanc paginam nostre concessionis

constitutionis ecclesiastice infringere, vel ei ausu
temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare
presumpserit indignationem omnipotentis Dei et
beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se nove
rit incursurum. Datum Rome apud S. Petrum
anno Incarnationis Dominice Millesimo Octin-
gentesimo Septuagesimo Sexto. Idibus Maij Pontifi-
catus nostri Anno Sexto.

N. Bregron.

A. de Vulterris.

Gaspar Bloudus.

P. Bertrandus.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei Vene-
rabili fratri Episcopo Convenarum salutem et A-
postolicam benedictionem. Inter solicitudines varias, qui-
bus assidue premimur, illa potissime pulsat, et exci-
tat mentem nostram, ut circa statum Ecclesiarum,
et Monasteriorum, omniumque vacationis incommoda
deplorare noscuntur, ne longe vacationis subjaceant
incommodis salubriter providere curemus, illorumque
regiminibus, tales personas preficere studeamus per
quarum solertiam Monasteria ipsa in spiritualibus
et temporalibus valeant feliciter gubernari, Cum
itaque sicut accepimus Monasterium Monialium
S. Benedicti Convenarum ordinis ejusdem Sancti, quod
de jure patronatus Dni in temporalibus pretempore
existentis Civitatis Convenarum ex speciali privi-
legio Apostolico cui non est hactenus in aliquo dero-
gatum fore dinoscitur, et cui quondam Sancia ipsius
Monasterij Abbatissa dum viveret, presidebat, per
obitum ejusdem Sancie Abbatisse, que extremam
manam Curiam diem clausit extremum, vacaverit

et vacet ad presens. Nos cupientes eidem Monasterio de persona secundum cor nostrum utili et idonea, per quam circumspecte regi, et salubriter dirigi valeat provideri, ac de meritis, et idoneitate dilecte in Christo filie Marielle de Urvinis, Monialis Monasterij S. Francisci Lucien Ordinis S. Clare, que ut asseritur ordinem ipsius S. Clare expresse professa existit apud nos de religione zelo, vite munditia honestate morum, spiritualium providentia, et temporalium circumspectione, alijsque virtutum donis multipliciter commendabilis certam notitiam non habentes ipsamque Mariellam a quibuscumque excommunicationis suspensionis, et interdicti, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, et penis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutam fore censentes, fraternitatis tenore per apostolica scripta mandamus, quatenus de hujusmodi meritis, et idoneitate dilecte in Christo filie Marielle de Urvinis Monialis Monasterij auctoritate nostra te diligenter informes, et si per informationem hujusmodi eandem Mariellam ad regimen, et administrationem ipsius Monasterij S. Benedicti utilem et idoneam esse repereris, super qua tuam conscientiam oneramus de persona sua eidem Monasterio S. Benedicti cujus fructus, redditus, et proventus Centum quinquaginta florenorum auri de Camera secundum communem estimationem valorem annuum ipsa Mariella etiam asserit non excedunt, sive ab premittitur, sive aliàs quovismodo, aut ex alterius cujuscumque persona vacet, etiamsi ejus provisio ex quavis causa ad Sedem Apostolicam specialiter vel generaliter pertineat, dummodo dilecti filij Nobilis vi-

Viri Andree Matthei Aguevivi de Aragonia mo-
derni Domini dicte Civitatis ad hoc expresse acce-
dat assensus et tempore Date presentium non sit
illi de Abbatissa canonice provisum eadem auc-
toritate providemus, ipsamque illi preficimus in Abba-
tissam curam, regimen, et administrationem in
spiritualibus, et temporalibus plenarie committendo ac
faciendo sibi a dilectis in Christo filiabus, Con-
ventu obedientiam et reverentiam debitas, et
devotas, necnon a dilectis filijs, vasallis, et alijs
subditis ejusdem Monasterij S. Benedicti fide-
litatem solitam, necnon consueta servitia, et
jura sibi ab eis debita integre exhiberi. Contra-
dictores per censuram Ecclesiasticam, appella-
tione postposita compescendo, non obstantibus con-
stitutionibus Apostolicis, ac Monasterij S. Bene-
dicti, et ordinis ejusdem sancti hujusmodi jura-
+ et or-
dinationibus
mento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia
roboratis, contrarijs quibuscumque, aut si eorun-
dem Vasallis, et subditis forsitan, vel quibusvis
alijs communiter vel divisim ab eadem sit sede
indultum, quod interdici, suspendi, vel excommu-
nicari non possint, per literas Apostolicas non
facientes plenam, et expressam ac de verbo ad
verbum de indulto hujusmodi mentionem. Et in-
super per presentes Mariella, et de persona quam eidem Mo-
nasterio Sancti Benedicti per te regendo presentium
tenore dederis, ipsamque illi in Abbatissam preficiendi
contigerit, et presentium nostrum Benedictionem impendas,
vel per alium Catholicum Antistitem gratiam, et com-
munionem dicte Sedis habentem impendi facias,
et procures. Volumus autem quod tu, vel idem
Antistes, qui eidem Mariella presentium omnium
impenderis, seu impendet, postquam illud sibi impen-
deris, vel impenderit a nostro et Romano Ce-

ecclesie nomine fidelitatis debite solitum recipiat
recipiat juramentum juxta formam quam
bulle nostre mittimus inclusam, ad formam juramen-
ti hujusmodi ipsa Mariella presbiterit vobis
de verbo ad verbum per ejusdem patentes literas suo
sigillo munitas, per eorum presentium nuntium quam
citius destinare procuret, et quod ipsa Mariella
eorum dem hujusmodi quod ipsa Mariella
presbiterit vobis de verbo ad verbum regiminis
et administrationis ac bonorum ejusdem Mo-
nasterij sancti Benedicti, professionem eadem
si fuerint vigore presentium pacifice assecuta,
habitum gestet habitum, quem dicto Monasterio
S. Benedicti geritur, et habeatur, illisque Re-
gularibus institutis et consuetudinibus Datum Lo-
me apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice
M°. CCCC°. LXXXVIII°. Tertio Non. Januarij Pontif.
nostri anno sexto.

A. de Pamphilijs.

Julius Epus servus servorum Dei Venerabili Fratri
Epo. Cuperano Salutem et Apostolicam benedictionem.

Inter sollicitudines varias, quibus assidue premimur,
illa potissimum pulsat, et excitat mentem nostram, ut sin-
gulis Ecclesijs, et Monasterijs, que viris destituta pas-
toribus, vacationis incommoda deplorare noscuntur ta-
les personas pacifico studeamus, per quarum regimen
Eccle, et monasteria ipsa in spiritualibus, et tempo-
ralibus utiliter dirigi, et feliciter valeant gubernari.
Cum itaque sicut accepimus Monasterium Monialium
S. Benedicti Cuperan Ordinis ejusdem Sancti, quod de
jure patronatus Comitis Cuperan pro tempore existen-
tis ex speciali privilegio Apostolico, cui non est hactenus
derogatum extitit, et cui quedam Mariota illius Abbatis-
sa, dum viveret, presidebat, per obitum dicte Mariote ex-
tra Romanam Curiam defuncte Abbatissa regimine
destitutum existit. Nos capientes eidem Monasterio
de persona secundum Deum nostrum utili, et idonea, per

137

quam circumspecte regi, et salubriter dirigi valeat pro-
videri; ac de meritis, et idonetate dilecte in Christo
filie Beatricis de Aquaviva Monialis dicti Monaste-
rij, que ut asserit ordinem ipsum expresse professa,
et in etate legitima constituta existit, ac defectu
natalium patitur ex soluto genita et soluta, alias a-
pud nos de religione, zelo, vite, morum honestate
morum, spiritualium providentia, et temporalium
circumspectione, aliisque virtutum donis multipli-
citer commendata certam notitiam non habentes, ipsam
que Beatricem a quibusvis excommunicationis, suspen-
sionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententijs
censuris, et penis a jure, vel ab homine quavis oc-
casione, vel causa latis si quibus quomodolibet inno-
data existit, ad effectum presentium dumtaxat
consequendum harum serie absolventes, et absoluta
fore censentes fraternitati tue per Apostolica scri-
pta mandamus quatenus de meritis et idonetate

dicte Beatricis auctoritate nostra te diligenter infor-
mes, et si per informationem hujusmodi ipsam Beatri-
cem ad regimen, et administrationem dicti Monaste-
rij utilem et idoneam esse reperieris super quo tuam
conscientiam oneramus de persona sua, cum ad hoc di-
lecti filij Nobilis viri Johannis Francisci de Arago-
nia moderni Comitis Caserte per Venerabilem fra-
trem nostrum Vincentium Episcopum Bitetten pro-
curatorem suum ad hec ab eo specialiter constitutu
expresse accedat assensus eidem Monasterio cujus
fructus redditus et proventus centum et quinquaginta
florenorum auri de Camera secundum communem
extimationem valorem annuum, ut dicta Beatrix e-
tiam asserit non excedunt, sive ut premittitur, sive
aliis quomodolibet, aut ex alterius dijudicumque persona
vacet, etiam si ejus provisio ex quavis causa ad sedem A-
postolicam specialiter vel generaliter pertineat dum-
modo tempore dat presentium non sit ei de Abba-

ipsa canonice provisum dicte auctoritate provideri, ipsamque illi preficiat in Abbatissam curam regimen et administrationem dicti Monasterij sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo ac faciendo ei a dilectis in Christo filiabus Conventu obedientiam, et reverentiam congruentes, necnon a dilectis filijs, Vasallis, et alijs subditis dicti Monasterij consueta servitia, et jura ab eis sibi debita integre exhiberi Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac Monasterij et ordinis predictorum juramento Confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus contrarijs quibuscunque. Aut. Conventui, Vasallis, et subditis prefatis vel quibusvis alijs communiter, vel divisim ab ecclesia sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Volentes eandem eadem Beatrici, ut monasterio hujusmodi sibi illi de persona sua per te vigore presentium provideri, ipsamque illi in Abbatissam preficiendi, ac ipsa ferbur preesse ac curare, et regimen, et administrationem predicta gerere, et exercere, ipsumque Monasterium in eisdem spiritualibus et temporalibus regere, et gubernare libere et licite valeat. Datum Cancilij, aliisque constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis statutis quoque, et consuetudinibus supradictis, ceterisque contrarijs nequaquam obstantibus auctoritate Apostolica tenore presentium de speciali dono gratie dispensamus, ipsique Beatrici quod post provisionem et perfectionem hujusmodi a te vel alio quocunque malueris Catholice Antistite gratiam, et communionem dicte Sedis habente munus benedictionis suscipere

189

pere, ac tibi, vel eidem Antistiti ut illud ei impendere debeat profutis concedimus per presentes. Volumus autem quod tu vel alius Antistes qui dicte Beatrici munus hujusmodi impendet postquam sibi illud impenderit ab ea nostro, et Romano Ecclesie nomine fidelitatis debite solitum recipiat juramentum juxta formam quam vobis Bulla nostra mittimus introclusam, ac formam juramenti quod ipsa Beatrix prestabit nobis de verbo ad verbum per ejus patentes literas nro Sigillo Signatas per proprium Nuntium quamtotius destinare procuret. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus si prefata Beatrix hoc tibi qui Monasterium ipsum vacante sede Ecclesie Cupersan ordinario jure visitare debes denegaverit nullum imposterum prejudicium generetur. Datum Rome apud S. Petrum Anno Incarn. Dnice Millesimo Quingentesimo quarto nono Kal. Junij. Pontificatus nostri anno primo.

F. de Gomiel

Forma juramenti

Ego Beatrix de Aguavina Abbatissa Monasterij Sancti Benedicti Cuperan Ordinis ejusdem Sancti ab hac hora inantea fidelis, et obediens ero Beato Petro, Sancteque Apostolice Romane Ecclesie, et Dno nostro Domino Julio P.P. II, suisque successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, seu capiantur mala captione. Legatum Apostolice Sedis in eundo, et redeundo honorifice tractabo, et in suis necessitatibus adjuvabo. Possessiones vero ad meum Abbatissatum pertinentes non vendam, nec donabo, nec impignorabo, nec de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo in curia Romana Pontifice. Sic me Deus adjuvet et hec Sancta Dei Evangelia.

F. de Gomiel

144

Donatus Aguevivus de Aragonia etc. Dei et Apostolice Sedis gratia Epus Cuperan. Judex, et Executor vendens ad infrascripta a Sede Apostolica prefata specialiter deputatus. Venerabilibus Religiosis Dominabus Conventus Monasterij S. Benedicti Cuperan Ordinis ejusdem Sancti, necnon Vasallis et Subditis ejusdem Monasterij, omnibusque alijs, et singulis quorum interesse, intererit, aut interesse, quoquo Infrascriptum tangit negotium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum quibuscumque nominibus censeantur, et quacumque prefulgeant dignitate Salutem in Dno et

Apostolicis firmiter obedire mandatis. Literas Sanctissimi in Christo Patris et Dei nostri Domini Julij divina providentia Papæ Secundi. Vera bulla plumbea cum cordula canapis more Romane Curie impendente bullatas sanas siquidem et integras non vitiatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio, et suspicione carens, ut in eis prima facie apparebat nobis, per Venerabilem, et religiosam Dnam Beatricem de Aguaviva Monialem dicti Monasterij S. Benedicti Cuperan principalem in eisdem literis Apostolicis principaliter nominatam coram Notario publico et testibus infrascriptis presentatas ex cum ea, qua decuit reverentia noveritis recepisse: hujusmodi sunt tenore. Julius Epus servus servorum Dei Venerabili Fratri Epo Cuperan Salutem, et Apostolicam benedictionem. Inter sollicitudines varias quibus assidue premimur illa potissimum pulsat, et excitat mentem nostram, ut singulis Ecclesijs et monasterijs, que suis destituta pastoribus, vacationis incommoda deplorare noscuntur, tales personas preficere studeamus, per quarum regimen Ecclesiæ, et Monasteria ipsa in spiritualibus, et temporalibus utiliter dirigi, et feliciter valeant gubernari. Cum itaque sicut accepimus Monasterium Monialium Sancti

Benedicti Cupersan ordinis ejusdem Sancti, quod de jure
patronatus Comitis Cupersan pro tempore existen-
tis ex speciali privilegio Apostolico cui non est ha-
benas derogatum existit, et cui quondam Marieta
illius Abbatissa, dum viveret, presidebat, per obitu
dicte Marieta extra Romanam Curiam defunc-
Abbatissie regimine destitutum existit. Nos expe-
eidem Monasterio de persona secundum cor nostru
utili, et idonea, per quam circumspecte regi, et valu-
briter dirigi valeat provideri, ac de meritis, et ido-
neitate dilecte in Christo filie Beatricis de Aguaviva
Monialis dicti Monasterij, que ut asserit ordinem ipsu
expresse professa; et in etate legitima constituta exis-
tit, ac defectum natalium patitur ex soluto genita, et
soluta, aliàs apud nos de Religionis zelo, vite mundi-
tia, honestate morum, spiritualium providentia, et
temporalium circumspectione, aliisque virtutum dons
multipliciter commendata certam notitiam non ha-
bentes ipsamque Beatricem a quibuscunq. excommuni-
cationis suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasti-
cis sententijs, censuris, et penis a jure, vel ab homi-
ne quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomo
dolibet innodata existit ad effectum presentium damta-
xat consequendum harum serie absolventes, et abso-
lutam fore censentes Prefectitati tue per Apostolica
scripta mandamus quatenus de meritis, et idoneitate
dicte Beatricis auctoritate nostra diligenter infor-
mes, et si per informationem hujusmodi ipsam Beatri-
cem ad regimen et administrationem dicti Monas-
terij utilem, et idoneam esse reperieris, super hoc
tuam conscientiam oneramus de persona sua, cum
ad dilecti filij Nobilis viri Johannis Francisci de
Aragonia moderni comitis Cupersani per Venerabi-
lem Fratrem nostrum Vincentium Episcopum Bit-
tebenem procuratorem suum ad hoc ab eo specia-
liter constitutum expressus asserius eidem Monaste-

cio cujus fructus, redditus et proventus centum et quinquaginta florenorum auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum, ut dicta Beatrix etiam asserit non excedunt, vive ut premittitur, vive alia quavismodo, aut ex valoribus cujuscumque persona vacet, etiamsi ejus provisio ex quavis causa ad Sedem Apostolicam specialiter vel generaliter pertineat, dummodo tempore dat presentium non sit ei de Abbatissa canonice provisum, dicta auctoritate provideas, ipsamque illi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, ac faciendo ei a dilectis in Christo filiabus Conventu obedientiam et reverentiam debitam congruentes, necnon a dilectis filiis, vasallis et aliis redditibus dicti Monasterij consueta servitia, et jura ab eis sibi debita integre exhiberi. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac Monasterij et Ordinis predictorum juramento confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus contrarijs quibuscumque, aut si Conventui, vasallis, et subditis prefatis vel quibusvis alijs communiter vel divisim adjecta sit sede indultum quod interdici, vel suspendi, vel excomunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Nos enim cum eadem Beatrice, ut monasterio hujusmodi illi de persona sua per te vigore presentium provideri, ipsamque illi in Abbatissam prefici contigerit ut prefertur prefesse, ac curam, regimen et administrationem predicta gerere, et exercere ipsumque monasterium in eisdem spiritualibus et temporalibus regere, et gubernare libere

et licite valeas. Rebaviensis Concilij aliisque Constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, statutis quoque, et consuetudinibus contrariis quibuscumque obstantibus auctoritate Apostolica earundem tenore presentium de specialis dono gratie dispensamus, ipsique Beatrici quod prefati provisionem, et prefectionem hujusmodi a te vel alio quocumque malueris Catholico antistite gratiam, et communionem dicte Sedis habeatis munus benedictionis recipere ac tibi, vel eidem Antistiti ut illud ei impendere libere possitis, concedimus per presentes; volumus autem quod tu, vel alius Antistes qui dicte Beatrici munus hujusmodi impendet, postquam tibi illud impenderit ab ea nostro et Romane Ecclesie nomine fidelitatis debite solitum recipiat juramentum juxta formam quam sub bulla nostra mittimus inclusam, ac formam juramenti quod ipsa Beatrix prestabit nobis de verbo ad verbum per eius patentes literas nec sigillo signatas per proprium nuntium quamcitius destinare procures. Quodque propter hoc tibi qui Monasterium ipsum rationi tue, et Ecclesie Cupersan ordinario jure subesse dinoscitur nullum imposterum prejudicium generetur. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dnice Millesimo Quingentesimo quarto Nono Kal. Junij Pontificatus nostri Anno primo. Post quarum quidem literarum Apostolicarum presentationem, et receptionem nobis et per nos ut premittitur facta per predictam Dominam Beatricem de Aguaviva principalem in predictis literis Apostolicis principalis se nominabam debita cum instantia requisivi quatenus ad extentionem earundem literarum Apostolicarum et contentorum in eisdem procedere dignaremur juxta traditam seu directam in predicta sede nobis formam. Nos igitur Donatus Episcopus attendentes requi-

sitionem hujusmodi iustam et rationi consonam, volenes-
que mandatum Apostolicum supradictum nobis in hac par-
te directum reverenter ub tenemur
in eisdem literis Apostolicis, et aliis nobis commissis,
idoneitate et meritis ipsius dicte Beatricis nos inqui-
rimus, et informavimus, necnon eamdem Dnam Bea-
tricem coram nobis propter personaliter
constitutam examinavimus, eamque per hujusmodi
nostram examinationem sufficientem et idoneam
ad consequendum dictum Monasterium seu regimen
et administrationem illius Idcirco au-
ctoritate Apostolica nobis commissa, et qua fungimur
in hac parte, prefatum Monasterium eidem Dne
Beatrici ibidem presenter et id humiliter fieri pe-
tenti nobis non contrito quod tempore datarum di-
ctarum literarum Apostolicarum esset eidem
Monasterio, et de Abbatissa canonice provisum
cum omnibus iuribus et pertinentiis suis consulimus

et assignavimus, ac providimus etiam de eodem, eamque
prefecimus in Abbatissam curam regimen et adminis-
trationem ipsius monasterij sibi in spiritualibus et tem-
poralibus plenarie committendo. Que omnia et singula,
necnon prefatas literas Apostolicas, hancque nostrum
processum et omnia et singula in eis contenta vobis o-
mnibus et singulis supradictis quibus presens noster
processus dirigi intimamus, insinuamus, et notifica-
mus, ac ad vestram et cujuslibet vestrum notitiam de-
ducimus, et deduci volumus per presentes, eorque ni
hilominus, et vestrum quemlibet tenore presentium
requirimus et monemus Primo, Secundo, Tertio et peren-
toriè communiter vel divisim, ac vobis et vestrum cui-
libet in rancie, obedientie, et sub
infrascriptis sententiarum penis districte precipiendo
mandamus. Quibus infra Sex dierum spatium post
presentationem, seu notificationem presentium et
requisitionem vobis seu alteri vestrum de super

facetis immediate sequentur. Quorum vero dierum duos pro primo, duos pro secundo, et reliquos duos dies vobis universis et singulis supradictis pro tertio et peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus eidem Domine Beatrici impensa maneries Benedictione per quemcumque Antistitem gratiam et communionem Sedis Apostolice habentem, quem ad hoc ipsa Dna Beatrix duxerit eligendum, et postquam illud impenderit recepto per eundem Antistitem ab eadem Dna Beatrice principali juramento Deo nostro Pape et Sancte Romane Ecclesie fidelitatis debite solito juramento juxta formam quam Idem Dnus noster Papa sub Bulla sua misit introclusam de

dne Beatricis a vobis Dnabus Conventu obedientiam et reverentiam congruentes, necnon a vassallis et subditis dicti Monasterij conservitia et jura ab eis debita integre exhibeatis, et ab alijs vobis exhiberi faciatis. Quodsi forte premissa omnia et singula non adimpleveritis, mandatisque et monitionibus Apostolicis, et nostris non paruerit realiter et cum effectu nos in vos omnes et singulos supradictos qui culpabiles fueritis in premissis, et generaliter in contradictores quoslibet et rebelles ac impedientes predicta Dnam Beatricem, vel procuratorem suum super premissis in aliquo, ac impedientes ipsum dantes auxilium consilium, vel favorem publice vel occulte, directe vel indirecte quovis quesito colore cujuscumque qualitatis dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant. exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc singulariis, et in singulos predicta sex dierum canonica monitione premissa excommunicationis in Conventu dicti Monasterij S. Benedicti Cupersanen ordinis ejusdem Sancti suspensionis a divinis et in ipsum Monasterium S. Benedicti interdicti Ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis et etiam promulgamus. Ceterum cum ad executionem premissorum ulterius faciendam

requeamus quo ad presens personaliter interesse volen-
bus alijs ardris ... prespeditis negotijs
Universis et singulis Dnis Abbatibus, Prioribus, Prespo-
sitis, Decanis, Archidiaconis, Cantoribus, Succento-
ribus, Thesaurarijs, Sacristis, Custodibus, tam Cathe-
dralium, quam Collegiatarum Canonicis, parochialiumque
Ecclesiarum rectoribus, seu locatenentibus eorun-
dem Plebanis, viceplebanis, Capellanis, Curatis et
non Curatis, Vicarijs quoque perpetuis, Altaristis,
ceterisque Presbyteris, clericis, Notarijs, et Tabellio-
nibus publicis, quibuscunque per Civitatem et Dioce-
sim Cupersan ac alijs ubilibet constitutis, et eorum
quilibet in scriptis ulteriori executione dicti
mandati apostolici nostri facienda, auctoritate
Apostolica tenore presentium ple-
narie vices nostras, donec eas ad nos specialiter et expresse
de duximus revocanda. Quos nos et eorum quemlibet invo-
lidum ejsdem auctoritate et tenore requirimus et monemus

primo secundo et tertio et peremptorie communiter et di-
visim eisque et eorum cuilibet in solid
in sancte obedientie et sub excommunicationis
sua, quam in eos, et eorum quemlibet nisi infra sex dies
postquam pr dicte Dne Beatricis principalis super
hec fuerint requisiti, seu fuerit requisitus in
Omnes eis et eorum cuilibet pre
termino peremptorio a monitione canonica assignamus, faceris-
que eis in hac parte promittimus et mandamus predi-
cta canonica monitione premissa
ferimus in his scriptis districte
precipiendo mandantes quibus ipsi, et eorum singuli qui
super hoc, ut premittitur requisiti fuerint, seu fuerit re-
quisitus ita tamen quod in his
alterum non expectet, nec unus pro alio seu alium re
excusset, Ac eos omnes, et singulos supradictos ac Mona-
terium predictum personasque, et loca alia quibus
et quotiens fuerit personaliter accedat seu

accedat, et prefatas literas Apostolicas, huncque nostrum
processum ac omnia et singula in eis contenta vobis
communiter vel divisim legant, in instrumento et
publicare procurent, ac eidem Dne Beatrici
principali recepto prius ab eadem prefati Sanctissimi
Dni nri Pape, et Sancte Romane Ecclesie fidelitatis debita solito juramento juxta formam quam
Idem Dnus noster Papa sub bulla sua mittit introclusam, necnon a Conventu obedientiam et reverentiam
congruentes, ac a Vassallis, et subditis ejusdem Monasterij consueta servitia, ac jura ab eis debita integre
exhibeant, et ab alijs quantum in eis est, vel fuerit faciant plenarie, et integre exhiberi; Et generaliter omnia
et singula vobis in hac parte commissa plenarie et
Integre exequantur juxta predictarum Apostolicarum
et presentis nostri processus continentiam et tenorem,
ita tamen quod ipsi subdelegati nostri, vel quicumque alij
nihil in dicte Dne Beatricis abtemptare

valeant quomodolibet in premissis, nec in processibus per
nos habitis, et sententijs per nos latis absolvendo, vel suspendendo aliquod immutare, in ceteris autem quer eidem Dne
Beatrici in premissis nocere possent, vel quomodolibet obesse prefatis subdelegatis nostris, et quibuscumque alijs
potestatem omnimodam denegamus. Et si contigerit nos
recipi premissis in aliquo procedere, de quo nobis potestatem omnimodam reservamus. Non intendimus propterea
commissionem nostram hujusmodi in aliquo revocare nisi
de revocatione ipsa specialem et expressam in nostris
literis fecerimus mentionem, prefatas quoque literas Apostolicas huncque nostrum processum, ac omnia et
singula in eis contenta, et hujusmodi negotium tangentia volumus per te dictam Dnam Beatricem principalem vel procuratorem suum remanere, et modo per vos,
aut aliquem vestrum, seu quemcumque alium ipsis invitis quomodolibet detineri, Contrarium vero facientes
prefatis nostris sententijs prout in his scriptis per

nos latę sunt dicta canonica monitione premissa ipsorum
cto volumus subjacere. Mandamus tamen copiam fieri de
premissis cum petentibus, et habere debentibus petentium
quidem sumptibus, et expensis absolutionem vero omni-
um et singulorum qui predictas nostras sententias, aut
earum aliquam incurrerint, seu incurrent quoquomodo
nobis, vel Superiori nostro tantummodo reservamus. Inqui-
rum omnium et singulorum fidem, et testimonium
premissorum presentes literas, sive presens publicum
instrumentum processum nostrum hujusmodi in se con-
tinentes, sive continens exinde fieri, et per notarium
publicum infrascriptum subscribi et publicari man-
davimus, sigillique nostri jussimus et fecimus appen-
sione muniri. Datum et actum Conversani die pri-
mo mensis Junij nona Indict. Millesimo Quingentesimo
sexto regnante Sanctissimo in Christo Patre et Dno
nostro Dno Julio divina providentia PP. Secundo Pon-
tificatus vero ejus anno quarto feliciter. Amen.

Presentibus Antonello de Marsicio Regio Judice me Do-
nato Campulie Notario Apostolico, Dno Angelo Mapelli de Marsicio
Angelo Leonis de
Vincentio, et Stephano de porcharijs, et Goffrido Siri
Goffridi, et Sebastiano de trescula, et Antonio de
ciazarusc Matthęo de Mantua, Nicasio de Janari.
Fabriele de Guasto, et Francischino Theopali de
Forcia et ceteris literatis testibus et inliteratis ad hoc
specialiter vocatis, et rogatis &.

Eodem die coram supradictis Judice, Notario, et tes-
tibus in Choro Monasterij S. Benedicti de Caperzano se-
dente prope altare majus dicte Ecclesie Reverendo
Dno Donato de Aquaviva de Aragonia Episco-
po Caperzan pontificalibus indumentis indutus, assi-
stentibusque Monialibus ibidem dicti Monasterij, una
cum Dna Beatrice de Aquaviva Abbatissa creata,
et confirmata dicti Monasterij, per sedem Apostolicam
nec non pro venerabili Capitulo terre Castellanę
publice et alta voce per me dictum Donatum, qui

supra Notarium lectus est presens processus, unacum Bulla eadem continente a Sede Apostolica missa, quibus lectis dictus Ep. Episcopus potestate adepta Sede Apostolica accepit Omagium et Juju= randum a dicta Dna Beatrice Abbatissa dicti Mo= nasterij juxta tenorem et formam dicte bulle, et deinde in possessionem induxit et posuit juxta man= datum sedis Apostolice: hoc pacto Dictus Ep. Dnus Ep.us nomine et proprie dicte Abbatisse omagium accepit a Venerabili Capitulo terre Castellani pre= sentibus supradictis Judice, Notario, et Testibus.

Ego Domnus Donatus Tampulie, qui supra Notarius Apostolica auctoritate manu propria supradicta scri= psi et meo solito signo signavi.

Regius qui supra Judex Antonellus de Martuccio testis Jo Maffeo de Martuccio de Intervenuta alle sopradetti atti per testimonio, et me ho scripto manu ppa.

Domnus Angelus Leonis de Vincentio Canonicus majo= ris Eccle Cupersan de Interv.to alli sopradicti acti per testimonio manu ppia

Ego Domnus Stephanus de porcharijs Can.us majoris Ecclesie Cupersani Interfui, et manu mea propria scripsi.

Ego Dopnus Goffridus notarij Jacobi Sirj Goffridi Apostolicus notarius et Cupersan Canonicus interfui et manu mea subscripsi.

Ego Dopnus Sebastianus de Trescula Can.us Majoris Ecclesie Cupersani interfui, et manu mea propria sub= scripsi.

Jo Nicasio Tanari sono testimonio allo sop.a scritto

Ego Matteo di Manbua testis sum.

Kainutius Miseratione Diuina Tituli Sancti Angeli Presbiter Cardi-
nalis dilecte in Christo Barbare Acquauiue moderne Abba-
tisse Monasterij Sancti Benedicti Conuersan. Cistercensis
Ordinis Salutem in Domino ex parte tua nobis oblata petitio
continebat, quod olim dicto Monasterio, et illius regimine per
obitum quondam Beatricis Acquauiue illius dum uiueret Ab-
batisse uacan, Illustris vir Ioannes Hieronimus Acquauiuus
de Aragonia Dux Nadrie Marchio Acquauiue, et Comes Conuer-
san, ad quem ius patronatus dicti Monasterij, et presentandi
seu eligendi Abbatissam pro illius regimine dum prò tempore
uacat spectare dignoscitur concurrente etiam uoluntate ceterа-
rum dicti Monasterij Monialium in hoc pro eo quod tu dudum
antea prefata quondam Beatrice in decrepita etate existente
in illius coadiutricem electa in officio coadiutricis huius mo-
bene, et diligenter te gesseras unanimiter concurrentium te eiusdem
Monasterij, etiam Monialem etatis ultimè ac alias abil ha-
bilem, et idoneam in futuram quo ad uixeris. iuxta morem dicti
Monasterij Abbatissam presentauit, nominauit, et elegit ipse-
que

quod Monialis presentationem, nominationem, et electionem huiusmodi, ratas, et gratas habuerunt prout in Instrumento publico desuper confecto dicitur latius continen. cum autem sicut eadem subiungebat petitio, quia firmiora sunt ea quibus apostolice sedis intercedit auctoritas tu cuius presentationem nominationem, et electionem de persona tua factas huiusmodi prò illarum subsistentia firmiori apostolice confirmationis munimine roborari. Supplicari fecisti humiliter tibi super his per sedem eandem de opportuno remedio nunc prouideri, nos igitur dicti Instrumenti tenorem, ac si de verbo ad verbum. inseretur presentibus prò sufficienter expresso habentes in hac parte supplicationibus inclinati auctoritate Domini Pape, cuius primariæ curam gerimus, et de eius speciali mandato super hoc mihi voce oraculo vobis facto presentationem, nominationem, et electionem prefatas, ac prout eas concernunt omnia, et singula in dicto Instrumento contenta, et inde secuta quæcunque alias tamen licita, et honesta tenorem presentium approbamus, et confirmamus

omnes

omnesque, et singulos tam iuris, quam facti defectus si qui forsan intercesserint in eisdem supplicatis tenque quo ad vigeris dicti Monasterij Abbatissam fore habitque per illius Monialis obedientiam et reuerentiam debitas, et deuotas prestari tenque per quoscumque Iudices, et personas quauis etiam apostolica auctoritate fungentes sublato eis, et eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, interpretandi, et diffiniendi facultate, et auctoritate iudicari interpretari, et diffiniri debere ac irritum, et inane quidquid secus super his a quoque quauis auctoritate scienter, uel ignoranter contigerit attentari decernimus. non obstantibus apostolicis, et tam prouincialibus quam Synodalibus constitutionibus, et Ordinationibus dictorumque Monasterij, et Ordinis, et iuramento confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis Statutis, et consuetudinibus priuilegijs quoque indultis, et literis apostolicis illis illorumque superioribus quomodolibet concessis quibus omnibus illorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserererentur presentibus prò expressis habentes illis alias in suo robore permansuris ac huic dumtaxat specialiter, et

expresse derogamus ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum sub sigillo officij primarij sexto Nonis Martij. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Pius PP. V.

Dilecta in Christo filia salutem, et apostolicam benedictionem. Exponi nobis nuper fecisti, quod quamplurimi Presbiteri, et alij Clerici seculares qui ordinaria iurisdictione tua quam in castel lana conuersan, diœc. et diuersis alijs locis exerces ratione tui abbatiatus subiacent sedioris utilis desiderio ducti speranteque ac de causa iurisdictionem huiusmodi subterfugere posse habitum fratrum minorum tertij ordinis sancti Francisci in dictis locis susceperunt et nihilominus in eorum propriis domibus habitare negotijsque secularibus, ut antea se immiscere non expauent in grauè ordinis sui dedecus, et ordinaria iurisdictionis tuæ huiusmodi preiudicium, et quamuis tu in eos iurisdictionem exercere et tua auctoritate, et eos visitare

corum-

corumque mores corrigere posse credas ad omnem tamen dubitationis materiam fugiendam desideras id tibi per sedem apostolicam specialiter indulgeri, nosque fidelium quorumlibet votis presertim regularium personarum reformationem concernentibus libenter annuimus eaque fauoribus prosequimur opportunis, volentes promissis ea qua possumus et debemus adhibere remedia quibus a quibuscumque excommunicationis suspensionis et interdicti alijsque ecclesiastice sententijs censuris et penis a iure, uel ab homine quauis occasione uel causa latis si quibus quomodolibet innodata existis ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, et absolutam fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati tibi ut per licarium tuum in omnes, et singulos Presbiteros, siue Clericos qui iurisdictionis tuæ fugiendæ gratia habitum huiusmodi susceperunt dummodo intra alicuius ordinis domus septa non degant chiostri habitum regularem cum capuccio deferant eamdi qualibet cuiusque etiam apostolica fuerint exemptionis præmuniti, et cuiuscumque dignitatis status, gradus, et ordinis et conditionis

exis-

existant ordinariam solitamque iurisdictionem tuam. Sind tamen priori tibi concessa facultatis prejudicio sed illam potius declarandi, et ampliando exercere possis et valeas quam in alios clericos seculares iurisdictioni tue huiusmodi subiectos de iure vel consuetudine aut priuilegio hactenus existentia auctoritate apostolica perpetuo tenore facultatem concedimus. Non obstantibus constitutionibus et Ordinationibus apostolicis ac quibusuis etiam iuramento confirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis Statutis, et consuetudinibus priuilegijs quoque indultis, et Literis apostolicis nec non exemptionibus quauis auctoritate factis ac illis vnaquibuscunque tenoribus et formis ac cumquibusuis in derogatoriarum derogatorijs aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis irritantibusque, et alijs decretis in genere vel in specie quomodolibet concessis confirmatis approbatis, et iteratis vicibus innouatis quibus omnibus etiamsi de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica, et expressa mentio seu aliqua

alia exquisita forma ad hoc seruanda foret tenores huiusmodi hac vice de verbo ad verbum nihil penitus omisso et forma in illis tradita obseruata inserti forent presentibus pro expressis habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus ceteris contrarijs quibuscunque. Datum Rome apud Sanctum Petrum Sub Annulo Piscatoris die Quinta Augusti M.D.L.XXV. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Paulus PP. V.

Ad futuram rei memoriam. Ex sollicitudine diuine apostolice Prouidentia prouidere dignum ceteris Monasterijs presertim feminini vexies ne longo vacationis interpontur incommodis de salubris prouisionis remedio celeriter procuretur sane ex parte nobis nuper fecit dilecta in Christo Dilia Donata de Sequanina abbatissa Monasterij nuncupati Sedis predicte immediate subiecti Sancti Benedicti Conuersan

Cisterciensis Ordinis, quod antea dicto Monasterio per obitum quondam Victorie Palagany, que ipsi dum viuebat presidebat ex Romanam Curiam uita functa Abbatisse regimine destituto dilecte in Christo filie Conuentus, et Monialis eiusdem Monasterij ad quas dicto Monasterio Abbatisse regimine destituto unius de dicti Conuentus gremio Monialis in ipsius Monasterij Abbatissam, per sedem predictam confirmandam electio spectat, et pertinet pro futuro inibi Abbatisse electione celebranda uocatis omnibus que uoluerunt, potuerunt ac debuerunt electionis huiusmodi commode interesse die ad eligendam hiesiza ut moris est conuenientes in unum ipsam Donatam in dicti Monasterij, in quo ordinem ipsum expresse professa existit Abbatissam orientalem, ut moris est unanimiter elegerunt, ipsaque Donata electioni huiusmodi consensit prout in desuper confectis dicitur contineri propterea Donata predicta nobis humiliter supplicari

fecit, quatenus in premissis opportune prouidere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur qui honestis petentium votis libenter annuimus eandem Donatam a quibuslibet excommunicationis suspensionis, et interdicti aliisque Ecclesiasticis sententijs censurijs, et penis a iure uel ab homine quauis occasione uel causa latis si quibus quomodolibet innodata existit ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, et absolutam fore censentes huiusmodi supplicationibus inclinati electionem predictam quantum rite, et canonice ac seruatis seruandis facta sit, et electionem huiusmodi predictam sedem confirmari contigerit ipsaque Donata omnes qualitates a Concilio tridentino requisitas habeat, et non alias ad tempus Apostolica auctoritate tenore presentium approbamus, et confirmamus omnesque, et singulos tam iuris quam facti defectus si qui circa quomodolibet intercesserint auctoritate, et tenore premissis supplemus necnon electionem predictam per eos uel eas ad quos

seu quas nunc spectat, et prò tempore spectabit inuiolabi-
liter durante dicto triennio obseruari debere neque Donatus
predictam denuper ab aliquo molestari uel impediri po-
se nec in premissis per quoscunque iudices, et commis-
sarios iudicari, et definiri debere ac irritam, et inanem au-
thoritate, et tenore premissorum decernimus si secus super
his à quoque quauis auctoritate scienter, uel ignoranter
contigerit attentari. non obstantibus premissis ac Constitu-
tionibus, et ordinationibus Apostolicis, nec non Monas-
terij, et Ordinis predictorum, et Iuramento confirma-
tione Apostolica aut quauis alia firmitate roborata Sta-
tutis, et consuetudinibus priuilegijs quoque indultis, et
Literis Apostolicis eisdem Monasterio, et Ordini eo-
rumque Conuentui, et superioribus sub quibuscunque
tenoribus, et formis ac cum quibuscunque aliis, et decretis
in contrarium forsan quomodolibet concessis confirmatis
et innouatis quibus omnibus, et si de illis specialis, spe-
cifica, et expressa mentio in presentibus facienda foret

illis alias in suo robore permansuris hac uice dumtaxat
specialiter, et expresse derogamus ceterisque contrarijs qui-
buscunque. Datum Durtali sub annulo Piscatoris die No-
na Octobris MDCXLI. Pontificatus Nostri Anno Octauo.

9 1:5 159

Paulus Episcopus Servus Servorum Dei Dilecto filio Vicario Venerabilis Fratris nostri Archiepiscopi Barensis in spiritualibus generali Salutem et Apostolicam Benedictionem. Oblate nobis super pro parte dilecti filij Raphaëlis de Clementia laici Conversani et dilecte in Christo filie Dorothee de Jacobellis mulieris Barensis Diocesis petitionis series continebat, quod cum dicta Dorothea Vigesimum quintum annum agens hactenus viram paris conditionis nubere non invenit. Cupiunt Raphaël et Dorothea predicti invicem matrimonialiter copulari, sed quia Tertio ex uno, et Quarto ex altera provenientibus consanguinitatis gradibus invicem sunt conjuncti eorum in hac parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolice dispensatione. Quare ijdem Raphaël et Dorothea nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi super his de opportuno dispensationis gratia providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos

igitur eosdem Raphaelem et Dorotheam ac eorum quemlibet a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs censuris et penis a quibus quolibet modo vel existunt ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, ac cum de premissis notitiam non habentes hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tue, de qua in his specialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta mandamus, quatenus si deposita per te omni spe cujuscumque muneris, aut precij, et sponte oblati, a quo te omnino abstinere debere, monemus te de premissis diligenter informes, et si per informationem hujusmodi preces veritate nisi repereris super quo tuam conscientiam oneramus, tunc cum ipsis Raphaele et Dorothea dummodo propter hoc non fuerit, quod impedimentis tertij ex uno, et quarti ex altero stipitibus provenientium consanguinitatis graduum hujusmodi ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrarijs nequaquam obstantibus matrimonium inter se publice servata forma Concilij Tridentini contrahere illudque in facie Ecclesie solemnizare, et in eo postmodum remanere libere et licite valeant, auctoritate nostra dispenses prolem suscipiendam exinde legitimam nunciando. Volumus autem quod si preter monitionem nostram hujusmodi aliquid manerij aut premij occasione exigere, aut oblatum recipere tenore presentium seriem excommunicationis penam incurrat. Dat. Rome apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo sexcentesimo Quindecimo Kal. Februarij Pontificatus nostri anno Undecimo.

C. Bernier.

Paulus Epus Servus servorum Dei Dilecte in Christo filie Catherine Aguaviva Moniali Monasterij Me-

et ordinationibus apostolicis ceterisque contrarijs nequaquam obstantibus matrimonium inter se publice servata forma Concilij Tridentini contrahere illudque in facie Ecclesie solemnizare, et in eo postmodum remanere libere et licite valeant, auctoritate nostra dispenses prolem suscipiendam exinde legitimam nunciando. Volumus autem quod si preter monitionem nostram hujusmodi aliquid manerij aut premij occasione exigere, aut oblatum recipere tenore presentium seriem excommunicationis penam incurrat. Dat. Rome apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo sexcentesimo Quindecimo Kal. Februarij Pontificatus nostri anno Undecimo.

C. Bernier.

Paulus Epus Servus servorum Dei Dilecte in Christo filie Catherine Aguaviva Moniali Monasterij Me-

160

niatiam S. Benedicti Conversani Cisterciensis ordinis salutem et Apostolicam benedictionem. Religionis zelus, vite munditia honestas, aliaque probitatis et virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio nec inducunt, ut te specialibus favoribus et gratijs prosequamur. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua petitio continebat: Quod Monasterio monialium Sedi Apostolice immediate subjecto S. Benedicti Conversan Cisterciensis Ordinis, cui quondam Donata de Aguaviva ipsius Monasterij Abbatissa dum viveret presidebat, per obitum ejusdem Donate, que extra Romanam Curiam vita functa est regimine Abbatissa destituto dilecte in Christo filiæ Conventus, et Moniales dicti Monasterij ad quas dicto monasterio pro tempore regimine Abbatisse destituto unius ex Conventus predicti gremio Monialis in ipsarum et Monasterij hujusmodi Abbatissam electio per Sedem predictam confirmanda spectabat et pertinet pro futuræ earum, et dicti Monasterij Abbatisse electione celebranda vocatis omnibus, que voluerunt, potuerunt, ac debuerunt electioni hujusmodi commode interesse, die ad eligendum prefixa ut moris est convenientes in unum te in ipsarum et Monasterij predicti in quo Ordinem ipsum expresse professa est Abbatissam triennalem ut moris est unanimiter elegerunt tuque electioni hujusmodi consensisti prout in scripturis dempter confectis dicitur plenius contineri. Quare propar te tua nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus electionem hujusmodi uti canonice factam confirmare et approbare alioquin in premissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur te a quibuvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris et penis a jure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existis ad effectum presentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutam fore censentes, necnon tuas dispensationes

si que, sint presentibus pro expressis habentes hujusmodi supplicationibus inclinati Electionem predictam quatenus eam rite, et Canonice ac servatis servandis facta sit, electionesque hujusmodi per Sedem predictam confirmari concesserint, tuque omnes qualitates a Concilio Tridentino requisitas habeas et non alias, et ad triennium tempus Apostolica auctoritate earundem tenore presentium confirmamus et approbamus, omnesque et singulos tam juris, quam facti defectus si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus decernentes Electionem predictam per eos, seu eas, ad quos, vel quas nunc spectat, et pro tempore spectabit inviolabilem dicto Triennio durante observari debere, teque ab aliquo desuper molestari, vel impediri non posse. Si que in premissis judicari et diffiniri debere, ac irritum et inane quicquid super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus Constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, necnon Monasterij et Ordinis predictorum, etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, et consuetudinibus, privilegijs quoque indultis, et literis Apostolicis Monasterio, et Ordini, ac Conventui predictis, eorumque Superioribus sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiis et decretis in contrarium forsan quomodolibet concessis confirmatis et innodatis quibus omnibus etiamsi de illis eorum quorumlibet tenoribus specialis specifica, et individua ac de verbo ad verbum non autem per generales idem importantes mentio seu alia quevis expressio vel exquisita forma ad id servanda foret illis alias in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolutionis, confirmationis, approbationis defectuum supplectionis decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem

hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Tusculi Anno Incarnationis Dominice Millesimo Sexcentesimo Decimooctavo Quinto decimo Kal. Octobris Pontificatus nostri anno Quartodecimo.

Joel Demoingin.

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Tarentino, et Poliguanen. Episcopis, vive dilectis eorum Vicarijs in spiritualibus generalibus Salutem et Apostolicam benedictionem. Significarunt nobis dilecte in Christo filie Abbatissa, et Moniales Monasterij Sancti Benedicti Conversan. Diocesis ejusdem Ordinis S. Benedicti, seu alterius Ordinis, quod nonnulli Nobiles filij quos ignorant Census, Terras, Domos, possessiones, bona mobilia et immobilia, scripturas publicas, et privatas fidem facientes, libros rationum, et computorum ad jura, necnon pecuniarum summas auri, argenti, ferri, eris, stanni, aramini, lini, Canapis, vini, olei, hordei, frumenti, et aliarum frugum quantitates, Jocalia, gemmas, annulos et torques aureos, pannos laneos, lineos, sericos, domusque suppellectas, et alia magni momenti ad dictum Monasterium legitime spectantia subtraxerunt, ac temere occuparunt, eaque malitiose occultare, ac occulte, et indebite detinere presumpserunt et presumunt, ex quo dicto Monasterio gravia damna, valorem Quingentorum ducatorum excedentia nequiter intulerunt in animarum suarum periculum, dictique monasterij detrimentum, super quo ipse significantes, Apostolice sedis remedium imploraverunt. Quo cura fraternitati vestre Fratres Archiepe, et Episcope, vive discretioni vestre filij Vicarij per Apostolica scripta Mandamus, quatenus vos quilibet vestrum, singuli videlicet in vestris Civi- tam modum